
THE LIBRARY OF CONGRESS


THE LIBRARY OF CONGRESS


GRÆCÆ GRAMMATICES RUDIMENTA.

GRÆCÆ GRAMMATICES RUDIMENTA.

IN USUM REGIÆ SCHOLÆ ETONENSIS.

Eton Greek grammar.

Editio nova, iterum recognita.



ETONÆ,

Excudebant M. POTE et E. WILLIAMS,

Apud quos veneunt; *Londini* etiam (apud eosdem) No. 10, Red Lion Court, Fleet-Street.

1811.

LITERÆ apud Græcos sunt viginti quatuor.

FIGURA.	NOMEN.		POTESTAS.
Α α	Ἄλφα	Alpha	a
Β β ϐ	Βῆτα	Beta	b
Γ γ ϒ	Γάμμα	Gamma	g
Δ δ	Δέλτα	Delta	d
Ε ε	Ἒ ψιλὸν	Epsilon	e breve
Ζ ζ ȥ	Ζῆτα	Zeta	z
Η η	Ἦτα	Eta	e longum
Θ ϑ θ	Θῆτα	Theta	th
Ι ι	Ἰῶτα	Iota	i
Κ κ	Κάππα	Kappa	k c
Λ λ	Λάμϐδα	Lambda	l
Μ μ	Μῦ	Mu	m
Ν ν	Νῦ	Nu	n
Ξ ξ	Ξῖ	Xi	x
Ο ο	Ὂ μικρὸν	Omicron	o parvum
Π ϖ π	Πῖ	Pi	p
Ρ ϱ ρ	Ῥῶ	Rho	r
Σ Ϲ σ ς	Σῖγμα	Sigma	s
Τ τ ϯ	Ταῦ	Tau	t
Υ υ	Ὓ ψιλὸν	Upsilon	u
Φ φ	Φῖ	Phi	ph
Χ χ	Χῖ	Chi	ch
Ψ ψ	Ψῖ	Psi	ps
Ω ω	Ὦ μέγα	Omega	o magnum.

Veteres Græci utebantur tantùm sedecim literis; postea additæ erant aspiratæ φ, χ, θ, et duplices ζ, ξ, ψ, et vocales longæ η, ω, quarum potestas erat antea in pronuntiatione; οὐ γὰρ η ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε, το παλαιὸν, οὐδ' ω, ἀλλ' ο, (ait *Plato* in Cratylo) et etiam pro diphthongo ου scribebant ο. *Athen*: l. 11. c. 5.

N. B. Literas φ, χ, θ, ζ, ξ, ψ, η, ω, ignorabat *Homerus*.

LITERÆ dividuntur in vocales, φωνήεντα· et consonantes, σύμφωνα.

Septem sunt vocales, α, ε, η, ι, ο, υ, ω.
Reliquæ septendecim sunt consonantes.

VOCALES.

Vocales Longæ, μακρὰ,----------η, ω.
Breves, βράχεα, -----------------ε, ο,
Ancipites, ἀμφίβολα, ----------α, ι, υ.
Mutabiles, * μεταβολικὰ,------α, ε, ο.
Immutabiles, ἀμετάβολα,------η, ι, υ, ω.
Præpositivæ †, προτακτικὰ, ---α, ε, η, ο, ω.
Subjunctivæ, ὑποτακτικὰ,------ι, υ.

DIPHTHONGI.

Diphthongi sunt duodecim:
Sex propriæ, κύριαι,----αι, αυ, ει, ευ, οι, ου.
Sex impropriæ, καταχρηστικαὶ,----ᾳ, ῃ, ῳ, punctulo subjecto; ηυ, υι, ωυ.
Mutabiles ‡, μεταβολικαὶ,----αι, αυ, οι.
Immutabiles, ἀμεταβολικαὶ,----ει, ευ, ου.

CONSONANTES.

Consonantes sunt duplices: mutæ, ἄφωνα· et semivocales, ἡμίφωνα.

---

* Mutabiles nuncupantur vocales α, ε, ο, quatenus mutabiles sunt in verborum augmentis; α scilicet et ε mutantur in η; et ο in ω.

† Præpositivæ vocantur vocales, α, ε, η, ο, ω, quia in formatione diphthongorum semper præcedunt. Subjunctivæ, ι, υ, quia subjunguntur, nisi in diphthongo υι.

‡ Diphthongi mutabiles eâdem ratione se habent, quâ vocales.

1. Mutæ

I. Mutæ sunt novem, quæ dividuntur in

Tenues, ψιλὰ, ϖ, κ, τ.
Medias, μέσα, β, γ, δ.
Aspiratas, δασέα, φ, χ, θ.

Inter se cognatæ sunt { π, β, φ. / κ, γ, χ. / τ, δ, θ. }

II. Semivocales sunt * duplices, διπλᾶ, ζ, ξ, ψ·
Liquidæ, vel † immutabiles, ἀμετάβολα, λ, μ, ν, ρ.

Σ est suæ potestatis litera.

Accentus.

Accentus, προσῳδίαι, sunt tres; acutus, ὀξεῖα [´]· gravis, βαρεῖα [`]· circumflexus, περισπωμένη [῀] ‡.

I. Acutus habet locum in ultimâ syllabâ, penultimâ, et antepenultimâ.

II. Circumflexus in ultimâ, et penultimâ.

III. Gravis tantùm in ultimâ signatur; sed in omni syllabâ intelligitur, in quâ nullus est accentus §.

Omnis acutus finalis, nisi in fine orationis, sig-

* Duplices resolvuntur per σ et aliquam è mutis, ut ζ per δσ, et σδ, Doricè.—ξ per κσ, γσ, χσ.—ψ per πσ, βσ, φσ.

† Quæ non literas Antistoichas vel cognatas, quibus ipsæ mutentur in verborum et nominum inflexionibus, habent.

‡ Acutus attollit et quasi acuit syllabas; gravis deprimit; circumflexus sustinet et producit.

§ Verbum, cùm habet acutum in ultimâ, ὀξύτονον vocatur, ut, θεὸς, *Deus*: cùm in penultimâ, παροξύτονον, ut κόσμος, *mundus*: cùm in antepenultimâ, προπαροξύτονον, ut ἄγγελος, *angelus*.

natur notâ accentûs gravis, præter τίς interrogativum.

Spiritus πνεύματα, duo sunt : lenis ψιλὸν [’]· asper δασὺ [‘]. *

Omnis dictio incipiens à vocali, vel diphthongo, spiritum tenuem vel asperum accipit in principio: ut, ὄρος, *mons*; ὅρος, *terminus*.

Omnes dictiones incipientes ab υ, vel ρ, aspirantur: ut, ὕδωρ, *aqua*; ῥῆμα, *verbum*. Sed si in medio ρ geminetur, prius levigatur, alterum aspiratur: ut, ἔῤῥωσο, *vale*.

Apostrophus est nota rejectæ vocalis ob vocalem sequentem, ad hunc modum [’].

Rejiciuntur per apostrophum vocales α, ε, ι, ο: diphthongi αι, οι· ut, κατ’ αὐτὸν, pro κατὰ αὐτόν.

Si sequens vocalis aspiretur, mutantur tenues præcedentes in aspiratas: ut, ἀφ’ ἡμῶν, pro ἀπὸ ἡμῶν, *à nobis*; τίφθ’ οὕτω, pro τίπτε οὕτω, *quare ita?* †

PARTES ORATIONIS.

Partes orationis octo sunt, ut apud Latinos:

Articulus, ἄρθρον,	Participium, μετοχή,
Nomen, ὄνομα,	Adverbium, ἐπίῤῥημα,
Pronomen, ἀντωνυμία,	Conjunctio, σύνδεσμος,
Verbum, ῥῆμα,	Præpositio, πρόθεσις.

* Olim litera H erat signum aspirationis; scribebant Hέκατον, quod postea, ἕκατον.

† Interdum et brevis initialis vocalis tollitur post finalem longam, ut τύχη ’γαθῆ. Sic μὴ ὀ monosyllabicè, *i. e.* μὴ ’υ, et μὴ ’υτὸς pro μὴ αὐτὸς, et μὴ ’δικεῖν pro μὴ ἀδικεῖν. Aliquando hæ vocales coeunt per crasin, ut ἐγὼ οἶδα, ἐγῷδα· ἐγὼ οἶμαι, ἐγῷμαι.

Numeri

Numeri, ἀριθμοὶ, sunt tres:
Singularis, ἑνικὸς, dualis, δυϊκὸς, pluralis, πληθυντικὸς.

Casus, πτώσεις, sunt quinque:
Nominativus, ὀρθὴ, genitivus, γενικὴ, dativus, δοτικὴ, accusativus, αἰτιατικὴ, vocativus, κλητικὴ.

Genera sunt tria:
Masculinum, ἀρσενικὸν, fœmininum, θηλυκὸν, neutrum, οὐδέτερον.

Articulus.

Articulus est ὁ, ἡ, τὸ, *hic, hæc, hoc*, qui sic declinatur.*

Sing.	m.	f.	n.
N.	ὁ,	ἡ,	τὸ,
G.	τȣ͂,	τῆς,	τȣ͂,
D.	τῷ,	τῇ,	τῷ,
A.	τὸν,	τὴν,	τὸ.

Dual.	m.	f.	n.
N. A.	τὼ,	τὰ,	τὼ.
G. D.	τοῖν,	ταῖν,	τοῖν.

Plural.

	m.	f.	n.
N.	οἱ,	αἱ,	τὰ,
G.	τῶν,	τῶν,	τῶν,
D.	τοῖς,	ταῖς,	τοῖς,
A.	τȣ̀ς,	τὰς,	τὰ.

Declinationes Substantivorum.

Declinationes, κλίσεις, sunt decem;
Quinque nominum simplicium, et
Quinque nominum contractorum.

* Hunc Grammatici vocant *Articulum præpositivum*, alterum verò ὅς, ἥ, ὅ, qui meliùs relativum dici potest, *subjunctivum.*

Quatuor

Quatuor priores declinationes simplicium sunt parisyllabicæ, *i. e.* non crescentes genitivo. Quinta verò est imparisyllabica, *i. e.* genitivo crescens.

DECLINATIO PRIMA Nominum simplicium.

Declinatio prima duas habet terminationes, *ας* et *ης*, generis tantùm masculini: ut, ὁ *ταμίας*, *dispensator*; ὁ *κριτὴς*, *judex*; sed ὁ *καὶ ἡ λῃστὴς*, *latro*, communis generis est, ut aliqui volunt.

	Sing.		Sing.
N.	ὁ ταμίας,	N.	ὁ Κριτὴς,
G.	τοῦ ταμίου,	G.	τοῦ Κριτοῦ,
D.	τῷ ταμίᾳ,	D.	τῷ Κριτῇ,
A.	τὸν ταμίαν,	A.	τὸν Κριτὴν,
V.	ὦ ταμία.	V.	ὦ Κριτὰ.
	Dual.		Dual.
N. A.	τὼ ταμία,	N. A.	τὼ Κριτὰ,
G. D.	τοῖν ταμίαιν,	G. D.	τοῖν Κριταῖν,
V.	ὦ ταμία.	V.	ὦ Κριτὰ.
	Plural.		Plural.
N.	οἱ ταμίαι,	N.	οἱ Κριταὶ,
G.	τῶν ταμιῶν,	G.	τῶν Κριτῶν,
D.	τοῖς ταμίαις,	D.	τοῖς Κριταῖς,
A.	τοὺς ταμίας,	A.	τοὺς Κριτὰς,
V.	ὦ ταμίαι.	V.	ὦ Κριταὶ.

De Genitivo.

Omnis genitivus pluralis desinit perpetuò in *ων*; et in primâ et secundâ declinatione fere * circumflectitur in ultimâ.

* Vide infra de Accentibus p. 184.

Quædam

Quædam nomina hujus declinationis in ης, Doricè declinata, formant Gen. in α: ut, ὁ ὀρεσιβάτης, *montivagus*, Gen. τοῦ ὀρεσιβάτα· et nomina propria in ας: ut, ὁ Βρασίλας, Gen. τοῦ Βρασίλα.

De Dativo.

Dativus singularis in quatuor primis declinationibus habet ι semper subscriptum, scilicet, ᾳ ῃ, ῳ, punctulo subjecto.

De Vocativo.

Vocativus singularis formatur à nominativo abjiciendo ς.

Excipiuntur,

1. Nomina in της, ut, μητιέτης, *consiliarius*;
2. Gentilia, ut, Σκύθης, *Scytha*;
3. Poëtica in πης, ut, κυνώπης, *impudens*;
4. Composita, à πωλῶ, *vendo*; μετρῶ, *metior*; τρίβω, *tero*;

quæ formant vocativum in α brevi: ut, ὦ μητίετα, * ὦ Σκύθα.

In στης desinentia utramque habent terminationem, α et η: ut, ὁ λῃστὴς, *latro*, ὦ λῃστὰ, vel λῃστή.

---

* Μητίετα—Il. α. 175. Θύεστα—Il. β. 107. &c. non sunt vocativi pro nominativis; sed reverà nominativi ex linguâ *Æolicâ*.—Hinc Lat. *poëta*, *athleta*, *cometa*, &c. "*Linguæ scilicet Æolicæ sermo Latinus est simillimus.*" Quinctil. l. 1. c. 6.

SECUNDA

SECUNDA DECLINATIO.

Secunda declinatio duas habet terminationes, α, et η, generis fœminini: ut, ἡ μοῦσα, *musa*; ἡ τιμὴ, *honos*.

Sing.	Dual.	Plural.
N. ἡ μοῦσα,	N. A. τὰ μούσα,	N. αἱ μοῦσαι,
G. τῆς μούσης,		G. τῶν μουσῶν,
D. τῇ μούσῃ,	G. D. ταῖν μούσαιν,	D. ταῖς μούσαις,
A. τὴν μούσαν,		A. τὰς μούσας,
V. ὦ μοῦσα.	V. ὦ μοῦσα.	V. ὦ μοῦσαι.

Sing. N. ἡ φιλία,----G. τῆς φιλίας,----D. τῇ φιλίᾳ·
In reliquis, ut μοῦσα.

Sing.	Dual.	Plural.
N. ἡ τιμὴ,	N. A. τὰ τιμὰ,	N. αἱ τιμαὶ,
G. τῆς τιμῆς,		G. τῶν τιμῶν,
D. τῇ τιμῇ,	G. D. ταῖν τιμαῖν,	D. ταῖς τιμαῖς,
A. τὴν τιμὴν,		A. τὰς τιμὰς,
V. ὦ τιμή.	V. ὦ τιμὰ.	V. ὦ τιμαὶ.

Finita in δα, θα, ρα, et α purum, faciunt genitivum in ας, et dativum in ᾳ· sic Ἀθηνᾶ, *Minerva*; Ναυσικᾶ, *Nausicaa*; μνᾶ, *mina*; contracta ex Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα.----Litera pura dicitur, cui vocalis, vel diphthongus immediatè præcedit.

TERTIA DECLINATIO.

Tertia declinatio duas habet terminationes, ος, et ον· ος, masculini, fœminini, et communis generis: ut,

ut, ὁ λόγος, *sermo*; ἡ νόσος, *morbus*; ὁ καὶ ἡ λίθος, *lapis*; et ον neutrius; ut, τὸ ξύλον, *lignum*.

Sing.	Dual.	Plural.
N. ὁ λόγος,	N. A. τὼ λόγω,	N. οἱ λόγοι,
G. τȣ̃ λόγȣ,	G. D. τοῖν λόγοιν,	G. τῶν λόγων,
D. τῷ λόγῳ,	V. ὦ λόγω.	D. τοῖς λόγοις,
A. τὸν λόγον,		A. τȣ̀ς λόγȣς,
V. ὦ λόγε.		V. ὦ λόγοι.

Nomina contracta, ὁλοπαθῆ, tertiæ declinationis; ut, ὁ νόος, νȣ̃ς, *mens*.

Sing.	Dual.
N. ὁ νόος, νȣ̃ς,	N. A. τὼ νόω, νώ, cum acuto.
G. τȣ̃ νόȣ, νȣ̃,	G. D. τοῖν νόοιν, νοῖν,
D. τῷ νόῳ, νῷ,	V. ὦ νόω, νώ.
A. τὸν νόον, νȣ̃ν,	
V. ὦ νόε, νȣ̃.	

Plural.

N. οἱ νόοι, νοῖ,	A. τȣ̀ς νόȣς, νȣ̃ς,
G. τῶν νόων, νῶν,	V. ὦ νόοι, νοῖ.
D. τοῖς νόοις, νοῖς,	

Sing.	Dual.	Plural.
N. τὸ ξύλον,	N. A. τὼ ξύλω,	N. τὰ ξύλα,
G. τȣ̃ ξύλȣ,	G. D. τοῖν ξύλοιν,	G. τῶν ξύλων,
D. τῷ ξύλῳ,	V. ὦ ξύλω.	D. τοῖς ξύλοις,
A. τὸ ξύλον,		A. τὰ ξύλα,
V. ὦ ξύλον.		V. ὦ ξύλα.

Quarta Declinatio.

Quarta declinatio Atticorum propria duas habet terminationes, *ως* et *ων*· *ως* masculini, fœminini, et

communis generis; et ων neutrius: ut, ὁ λεὼς, *populus*; ἡ ἅλως, *arca*; τὸ ἀνώγεων, *cœnaculum*.

Sing.	Dual.	Plural.
N. ὁ λεὼς,	N. A. τὼ λεὼ,	N. οἱ λεῴ,
G. τοῦ λεὼ,	G. D. τοῖν λεῷν,	G. τῶν λεῶν,
D. τῷ λεῷ,	V. ὦ λεὼ.	D. τοῖς λεὼς,
A. τὸν λεὼν,		A. τοὺς λεὼς,
V. ὦ λεὼς.		V. ὦ λεῴ.

Neutra in ων eodem modo declinantur, nisi quòd voc. Sing. similis est nominativo in ων, et accus. cum voc. Plur. similis est nominativo in ω. Omnibus in ultimâ syllabâ semper est ω.

Quædam nomina hujus declinationis formant accusativum in ω: ut, Ἄθως, Ἄθω, *Atho mons*; Κέως, Κέω, *Ceos insula*; Κῶς, Κῶ, *Cos insula*; λαγὼς, λαγὼ, *lepus*. *

Veteres etiam Attici ν finalem removerunt: ut, ἀγήρω, pro ἀγήρων, *expers senectutis*.

Unicum est nomen hujus declinationis in ως, neutrius generis, τὸ χρεὼς, *debitum*.

Quinta Declinatio.

Quinta declinatio imparisyllabica † octo habet terminationes: tres vocales, α, ι, υ, generis neutrius; et quinque consonantes, ν, ρ, σ, ξ, ψ, generum omnium.

* Ἄθων verò et λαγὼν leguntur.

† Olim una tantùm hujus declinationis terminatio fuisse videtur, nempe litera Σ post consonantes fere omnes, et plerasque vocales: quæ litera Nominativum constituit, et ο, ante eam immissa, Genitivum, σῶμα nimirum primitus erat σώματς, μέλι μέλιτς, γόνυ γόνυς vel γόνατς, τιτὰν τιτὰνς, μάρτυρ et μάρτυς μάρτυρς, νὺξ νὺκτς, φλὲψ φλὲβς. Vide plura apud *Marklandum* de Græcorum quintâ Declinatione.

Sing.

Sing.	Sing.
N. τὸ σῶμα,	N. ὁ τιτὰν,
G. τῦ σώματος,	G. τῦ τιτᾶνος,
D. τῷ σώματι,	D. τῷ τιτᾶνι,
A. τὸ σῶμα,	A. τὸν τιτᾶνα,
V. ὦ σῶμα.	V. ὦ τιτὰν.
Dual.	Dual.
N. A. τὼ σώματε,	N. A. τὼ τιτᾶνε,
G. D. τοῖν σωμάτοιν,	G. D. τοῖν τιτάνοιν,
V. ὦ σώματε.	V. ὦ τιτᾶνε.
Plural.	Plural.
N. τὰ σώματα,	N. οἱ τιτᾶνες,
G. τῶν σωμάτων,	G. τῶν τιτάνων,
D. τοῖς σώμασι,	D. τοῖς τιτᾶσι,
A. τὰ σώματα,	A. τὺς τιτᾶνας,
V. ὦ σώματα.	V. ὦ τιτᾶνες.

REGULÆ de IMPARISYLLABICIS.

De Accusativo singulari.

Accusativus desinit in α. Excipiuntur,

I. Nomina in ις, et υς, αυς, et ϐς, pura in genitivo, quæ formant accusativum in ν,* ut, ὁ ὄφις, *serpens*, τὸν ὄφιν· ὁ βότρυς, *racemus*, τὸν βότρυν· ἡ γραῦς, *anus*, τὴν γραῦν· ὁ καὶ ἡ βῦς, *bos*, τὸν καὶ τὴν βῦν. Sed Δὶς, *Jupiter*, facit Δία· λᾶας, *lapis*, facit λᾶαν.

II. Gravitona in ις et υς, non purè declinata, quæ utramque retinent terminationem, α et ν· ut, ἡ ἔρις, *contentio*, τὴν ἔριδα, et ἔριν· ὁ νέηλυς, *advena*, τὸν νέηλυδα, et νέηλυν.

---

* At Poëticè in α· βότρυα, βόα.

De Vocativo singulari.

Vocativus * similis est nominativo. Excipiuntur,

I. Declinata per ν et τος in genitivo; et adjectiva in ην, εις, et ας· quæ vocativum formant in ν: ut, Ὁ Αἴας, *Ajax*, ὦ Αἶαν· ὁ καὶ ἡ τέρην, *tener*, ὦ τέρεν· ὁ χαρίεις, *gratiosus*, ὦ χαρίεν, et ὦ χαρίει· ὁ μέλας, *niger*, ὦ μέλαν.

II. Gravitona in ηρ, quæ formant vocativum in ερ: ut, ἡ μήτηρ, *mater*, ὦ μῆτερ· et quinque acutitona, ὁ πατὴρ, *pater*; ὁ δαὴρ, *levir*; ὁ ἀνὴρ, *vir*: ὁ σωτὴρ, *salvator*; ἡ γαστὴρ, *venter*; quæ formant ὦ πάτερ, δάερ, ἄνερ, σῶτερ, γάστερ.

III. Nomina in ευς et ους, quæ abjiciunt σ: ut, ὁ βασιλεὺς, *rex*, ὦ βασιλεῦ· præter πους, *pes*, ὦ πους· et ὀδους *dens*, ὦ ὀδους, ad differentiam adverbii που, *ubi*; et ὁδου, *obiter*.

IV. Nomina in ις et υς, quæ formant vocativum in ι et υ: ut, ὁ βότρυς, *racemus*, ὦ βότρυ· ὁ ὄφις, *serpens*, ὦ ὄφι· et ὁ καὶ ἡ παῖς, ὦ παῖ, *puer* vel *puella*. Excipe acutitona in ις, et υς non contracta, ut, ὦ Σαλαμὶς, *Salamis*, ὦ ἐλπὶς, *spes*, ὦ χλαμὺς, *chlamys*.

V. Nomina in ων et ωρ, quæ vocativum plerumque formant à Genitivis abjiciendo terminationem, ut, ὁ Ἀγαμέμνων, *Agamemnon*, voc. ὦ Ἀγάμεμνον· ὁ ἐλεήμων, *misericors*, voc. ὦ ἐλεῆμον· ὁ Ἕκτωρ, *Hector*, voc. ὦ Ἕκτορ· ὁ ῥήτωρ, *rhetor*, voc. ὦ ῥῆτορ. At ὁ

---

* Anomala sunt, ἡ γυνὴ, *mulier*, quod facit in vocativo ὦ γύναι· et ὁ ἄναξ, *rex*, quod facit ὦ ἄνα.

Ποσειδῶν,

Ποσειδῶν, ῶνος, *Neptunus*, facit vocativo ω Ποσειδὸν· et ὁ Ἀπόλλων, λωνος, *Apollo*, voc. ὦ Ἄπολλον.

VI. Participiorum in ων, εις, et ας, desinentium idem est vocativus cum nominativo, ut, ὁ τύπτων, οντος, voc. ὦ τύπτων· ὁ τυφθεὶς, έντος, voc. ὦ τυφθεὶς· ὁ ἱστὰς, άντος, voc. ὦ ἱστάς.

De Dativo plurali.

Dativus pluralis formatur vel à dativo singulari assumendo σ ante ι, et abjiciendo δ, θ, ν, τ; vel à nominativo singulari, addendo ι in nominibus exeuntibus in ξ, ψ, vel σ, cum diphthongo: ut, Ἄραψ, *Arabs*, Ἄραψι· βασιλεὺς, *rex*, βασιλεῦσι· κόραξ, *corvus*, κόραξι. Præter, πῶς, *pes*, dat. Plur. ποσὶ· et κτεὶς, *pecten*, κτεσὶ.

Cùm penultima dativi singularis sit longa positione, fit longa in dativo plurali, addendo ι post ε, et υ post ο: ut, τιθέντι, τιθεῖσι· λέοντι, λέουσι.

Nomina, quæ * Syncopen patiuntur, formant dativum pluralem in άσι: ut, πατὴρ, πατράσι· υἱὸς, *filius*, Gen. υἱέος. Sync. υἷος. dat. Pl. υἱάσι.

Dativus Poëticus formatur à genitivo singulari, mutando ος in εσι, vel εσσι: ut, ἥρωος, ἡρώεσι, et ἡρώεσσι, *heröibus*; ἔπεος, ἐπέεσσι, *verbis*.

Apocope etiam accidit in hàc declinatione in omnibus casibus singularibus: ut,

I. In Nominativo, τὸ σκέπα, pro σκέπασμα, *tegmen*.

---

* Πατὴρ, μήτηρ, et γαστὴρ, licet in cæteris casibus Syncopen patiantur, in acc. Sing. non contrahuntur, quia πάτρα *patriam*, μήτρα *matricem*, et γάστρα *alveum*, significant.

II. In

II. In Genitivo, *τȣ̃ Αἴαν*, pro *Αἴαντος*, *Ajacis.*

III. In Dativo, *τῇ δαΐ*, pro *δαΐδι*, *pugnæ*; *τῇ παράκοιτι*, pro *παρακοίτιδι*, *uxori*; *τῷ ἱδρῷ*, pro *ἱδρῶτι*, *sudori.*

IV. In Accusativo, *τὸν Ἀπόλλω*, pro *Ἀπόλλωνα*, *Apollinem*; *τὸν ἱδρῶ*, pro *ἱδρῶτα*, *sudorem.*

V. In Vocativo, *ὦ Λαοδάμα*, pro *Λαοδάμαν*, *Laodamas*; *ὦ Αἴα*, pro *Αἴαν*, *Ajax.*

Dativis pluralibus, et verbis in *ι* vel *ε* desinentibus, *ν* additur, si vocalis, vel diphthongus sequatur; ut, *λέȣσιν ἐκείνοις*, *leonibus illis*; *τύπτȣσιν ἐκεῖνον*, *verberant illum*; *ἔτυπτεν αὐτὸν*, *verberabat eum.*

Apud Poëtas frequentissimè *ν* additur, etiamsi consonans sequatur; ut, *ϛήθεσσιν λασίοισι*, *pectoribus hirsutis.*

De quinque Declinationibus Contractorum.

Declinationes nominum contractorum oriuntur à quintâ simplicium.

Appellantur nomina contracta, quia in illis duæ syllabæ contrahuntur in unam; vel * Synæresi, quæ fit, cùm duæ vocales in syllabam unam ita coeunt, ut ambæ serventur, ut, *τείχεϊ*, *τείχει*· vel Crasi, cùm utraque vocalis, vel altera mutatur, ut, *τείχεα*, *τείχη*; *τριήρεες*, *τριήρεις*· vel altera eliditur, ut, *τειχέων*, *τειχῶν.*

---

* Synæresis in dat. Sing. solummodò occurrit.

Prima Declinatio.

Prima declinatio contractorum tres continet terminationes, ης, ες, et ος.

ης masculini et fœminini generis: ut, ὁ Δημοσθένης, *Demosthenes*; ἡ τριήρης, *triremis*.

Et ες et ος, neutrius: ut, τὸ τεῖχος, *murus*; τὸ ἱππομανὸς, *Hippomanes*.

Sing.	Sing.
N. ἡ τριήρης,	N. τὸ τεῖχος,
G. τῆς τριήρεος, ρους,	G. τοῦ τείχεος, ους,
D. τῇ τριήρεϊ, ρει,	D. τῷ τείχεϊ, ει,
A. τὴν τριήρεα, ρη,	A. τὸ τεῖχος,
V. ὦ τρίηρες.	V. ὦ τεῖχος.
Dual.	Dual.
N. A. τὰ τριήρεε, ρη,	N. A. τὼ τείχεε, χη,
G. D. ταῖν τριηρέοιν, ροιν,	G. D. τοῖν τειχέοιν, οῖν.
V. ὦ τριήρεε, ρη.	V. ὦ τείχεε, χη.
Plural.	Plural.
N. αἱ τριήρεες, ρεις,	N. τὰ τείχεα, χη,
G. τῶν τριηρέων, ρῶν,	G. τῶν τειχέων, ῶν,
D. ταῖς τριήρεσι,	D. τοῖς τείχεσι,
A. τὰς τριήρεας, ρεις,	A. τὰ τείχεα, χη,
V. ὦ τριήρεες, ρεις.	V. ὦ τείχεα, χη.

Composita à κλέος, *gloria*, ut, Ἡρακλέης, Ἐτεοκλέης, contrahuntur in nominativo: hinc duplex declinandi ratio oritur; ut,

N. Ἡρακλέης,	Ἡρακλῆς,
G. Ἡρακλέεος, κλέους,	Ἡρακλέος, κλοῦς,
D. Ἡρακλέεϊ, κλέει,	Ἡρακλεϊ, κλεῖ,
A. Ἡρακλέεα, κλέα,	Ἡρακλέα, κλῆ,
V. Ἡράκλεες, κλεις,	Ἡρακλὲς.

Regulæ.

Regulæ.

Nomina propria hujus declinationis, et composita ab ἔτος, *annus*, in quibusdam casibus parisyllabicè inflectuntur: ut, ὁ Διογένης, τὸν Διογένην, *Diogenes*; ὁ Μάνης, τὸν Μάνην, *Manes*; ὁ ἑπταέτης, τὲς ἑπταέτας, *septennis*.

Nomina quæ desinunt in ης purum, contrahuntur Atticè in accusativo in α: ut, ὁ καὶ ἡ εὐφυὴς, *ingeniosus*, Acc. τὸν καὶ τὴν εὐφυέα, εὐφυᾶ. *

Secunda Declinatio.

Secunda declinatio duas habet terminationes: ις masculini et fœminini generis; ut, ὁ ὄφις, *serpens*; ἡ πόλις, *civitas*: et ι neutrius; ut, τὸ σίνηπι, *sinapi*.

Singulariter.

	Attic.	*Ionic.*
N.	ὁ ὄφις,	
G.	τȣ͂ ὄφεως,	ὄφιος,
D.	τῷ ὄφει,	ὄφιϊ---ὄφι.
A.	τὸν ὄφιν,	
V.	ὦ ὄφι.	

Dualiter.

N. A.	τὼ ὄφεε,	ὄφιε,
G. D.	τοῖν ὄφεοιν,	ὀφίοιν,
V.	ὦ ὄφεε.	ὄφιε.

* In hâc declinatione, Mascula sunt propria virorum; fœminina desinunt in ηρης; et communia sunt adjectiva sola. Neutra quoque in ες sunt adjectiva à communibus in ης: in ος verò substantiva sunt omnia. *Scot.*

Pluraliter.

Pluraliter.

N. οἱ ὄφεις,	ὄφιες—ὄφις,
G. τῶν ὄφεων,	ὀφίων,
D. τοῖς ὄφεσι,	ὄφισι,
A. τȣ̀ς ὄφεις,	ὄφιας—ὄφις,
V. ὦ ὄφεις,	ὄφιες—ὄφις.

Sing.	Dual.
N. τὸ σίνηπι,	N. A. τὼ σινήπιε,
G. τȣ̃ σινήπιος,	G. D. τοῖν σινηπίοιν,
D. τῷ σινήπιϊ, πι,	V. ὦ σινήπιε.
A. τὸ σίνηπι,	
V. ὦ σίνηπι.	

Plural.

N. τὰ σινήπια, πι,	A. τὰ σινήπια, πι,
G. τῶν σινηπίων,	V. ὦ σινήπια, πι.
D. τοῖς σινήπισι,	

Tertia Declinatio.

Tertia declinatio tres habet terminationes: ευς et υς, generis masculini, ut, ὁ βασιλεὺς, *rex*; ὁ πελεκῦς, *securis*; et υ neutrius, ut, τὸ ἄςυ, *urbs*.

Sing.	Dual.
N. ὁ βασιλεὺς,	N. A. τὼ βασιλέε, † ῆ,
G. τȣ̃ βασιλέος,*	G. D. τοῖν βασιλέοιν,
D. τῷ βασιλέϊ, εῖ,	V. ὦ βασιλέε, † ῆ.
A. τὸν βασιλέα,	
V. ὦ βασιλεῦ.	

* Gen. masculinorum in εὺς exit sæpissime in έως Atticè; qui, in ευς purum finitis, contrahitur in ȣς, ut, ὁ χοεὺς, *congius*, τȣ̃ χωέως, χοȣ̃ς, et in Acc. τὸν χοέα, χοᾶ.

† Hæc contractio raró occurrit.

Plural.

N. οἱ βασιλέες, εῖς,	A. τȣ̀ς βασιλέας, εῖς,
G. τῶν βασιλέων,	V. ὦ βασιλέες, εῖς.
D. τοῖς βασιλεῦσι,	

Sing.	Dual.
N. ὁ ϖελεκὺς,	N. A. τὼ ϖελεκέε, * ῆ,
G. τȣ̃ ϖελεκέος,	G. D. τοῖν ϖελεκέοιν,
D. τῷ ϖελεκέϊ, εῖ,	V. ὦ ϖελεκέε, ῆ.
A. τὸν ϖελεκὺν,	
V. ὦ ϖελεκὺ.	

Plural.

N. οἱ ϖελεκέες, εῖς,	A. τȣ̀ς ϖελεκέας, εῖς,
G. τῶν ϖελεκέων,	V. ὦ ϖελεκέες, εῖς.
D. τοῖς ϖελεκέσι,	

Sing.	Dual.
N. τὸ ἄςυ,	N. A. τὼ ἄςεε, * η,
G. τȣ̃ ἄςεος,	G. D. τοῖν ἀςέοιν,
D. τῷ ἄςεϊ, ει,	V. ὦ ἄςεα, η.
A. τὸ ἄςυ,	
V. ὦ ἄςυ.	

Plural.

N. τὰ ἄςεα, η,	A. τὰ ἄςεα, η,
G. τῶν ἀςέων,	V. ὦ ἄςεα, η.
D. τοῖς ἄςεσι,	

Quædam nomina hujus etiam declinationis contrahuntur Atticè in accusativo in α: ut, ὁ Πειραιεὺς, *Piræus*, Acc. τὸν Πειραιᾶ.

---

* Hæc contractio rarò occurrit.

QUARTA

Quarta Declinatio.

Quarta declinatio duas habet terminationes, ως, et ω, generis fœminini tantùm: ut, ἡ φειδὼ, *parsimonia*; ἡ αἰδὼς, *verecundia*.

Sing.	Dual.	Plural.
N. ἡ φειδὼ,	N. A. τὰ φειδὼ,	N. αἱ φειδοὶ,
G. τῆς φειδόος, οῦς,	G. D. ταῖν φειδοῖν,	G. τῶν φειδῶν,
D. τῇ φειδοῒ, οῖ,	V. ὦ φειδώ.	D. ταῖς φειδοῖς,
A. τὴν φειδόα, ὼ,		A. τὰς φειδοὺς,
V. ὦ φειδοῖ.		V. ὦ φειδοὶ.

Quinta Declinatio.

Quinta declinatio duas complectitur terminationes, ας purum, et ρας, generis neutrius: ut, τὸ κρέας, *caro*; τὸ κέρας, *cornu*.

Singulariter.

N. τὸ κέρας,		
G. τοῦ κέρατος, per Sync.	κέραος, per Crasin	κέρως,
D. τῷ κέρατι,	κέραϊ,	κέρᾳ,
A. τὸ κέρας,		
V. ὦ κέρας.		

Dualiter.

N. A. τὼ κέρατε,	κέραε,	κέρα,
G. D. τοῖν κεράτοιν,	κεράοιν,	κερῷν,
V. ὦ κέρατε,	κέραε,	κέρα.

Pluraliter.

N. τὰ κέρατα,	κέραα,	κέρα,
G. τῶν κεράτων,	κεράων,	κερῶν,
D. τοῖς κέρασι,		
A. τὰ κέρατα,	κέραα,	κέρα,
V. ὦ κέρατα,	κέραα,	κέρα.

Articulus sæpe cum nomine suo in unam syllabam coalescit, cùm ille in vocali exit, hoc à vocali incipit: ut, pro *ὁ ἀνὴρ, ᾽ἀνὴρ· τȣ̃ ἀνδρὸς, τἀνδρὸς· τῷ ἀνδρὶ, τἀνδρὶ· τὰ ἐμὰ, τἀμὰ·* Cùm nomen incipit ab aspiratâ, in articulo tenuis *τ* vertitur in *θ*: ut, *τὸ ἱμάτιον, θοἰμάτιον· ὁ ἕτερος, ἅτερος· τȣ̃ ἑτέρȣ, θατέρȣ· τῷ ἑτέρῳ, θατέρῳ.*

Ad eundem modum *καὶ εἶτα, κᾆτα· καὶ ἐκεῖνα, κᾀκεῖνα· καὶ ὑπὸ, χὑπὸ.* Ex hoc vocalium brevium concursu syllaba fit longa.

NOMINA ANOMALA quæ contrahuntur, sunt

I. Ὁλοπαθῆ, quæ contrahuntur in omnibus: ut,

1. Νόος, *νȣ̃ς, mens; ῥόος, ῥȣ̃ς, fluxus; πλόος, πλȣ̃ς, navigatio; ἁπλόος, ἁπλȣ̃ς, simplex; διπλόος, διπλȣ̃ς, duplex; σάος, salvus, σῶς* Atticè, et *σῶν* Acc.

2. Χρυσȣ̃ς, *aureus; ἀργυρȣ̃ς, argenteus; χαλκȣ̃ς, æreus,* à nominibus in *έος.*

3. *Σιμόεις, Σιμȣ̃ς, Σιμόεντος, Σιμȣ̃ντος, Simois: πλακόεις, πλακȣ̃ς, πλακόεντος, πλακȣ̃ντος, placenta.*

4. Ὁ *τιμῆς, τιμῆντος,* à *τιμήεις, honoratus.*

5. In *ῆρ* circumflexa: ut, *τὸ κῆρ, κῆρος,* à *κέαρ, cor;* et *ὁ καὶ ἡ παῖς, παῖδος,* à *πάϊς, puer* vel *puella.*

6. Item *τὸ ὀστέον, os ossis, ὀστȣ̃ν,* Gen. *ὀστέȣ, ὀστȣ̃,* Dat. *ὀστέῳ, ὀστῷ.*

Sic declinatur Ἰησȣ̃ς.

N. ὁ Ἰησȣ̃ς,	A. τὸν Ἰησȣ̃ν,
G. τȣ̃ Ἰησȣ̃,	V. ὦ Ἰησȣ̃.
D. τῷ Ἰησȣ̃,	

II. Ὀλιγοπαθῆ,

II. Ὀλιγοπαθῆ, quæ in paucioribus casibus contrahuntur: ut,

1. Substantiva Barytona in υς: quæ contrahuntur in Nominativo, Accusativo, et Vocativo plurali in υς: ut, Ἐριννύες, Ἐριννῦς, *Furiæ*.

2. Imparisyllabica in ες, quæ contrahuntur in Nom. Acc. et Voc. plur. in ες: ut, βόες, *boves*, βῶς, Doricè βῶς.

3. Adjectiva in υς, quorum masculina in Dat. singulari, Nom. Accus. et Voc. plur. contrahuntur more tertiæ declinationis contractorum: ut, Nom. ἡδὺς, Gen. ἡδέος, Dat. ἡδεϊ, ἡδεῖ. Nom. et Voc. pl. ἡδέες, ἡδεῖς. Acc. ἡδέας, ἡδεῖς.

4. Comparativa, quæ contrahuntur in Acc. singulari, et Nom. Acc. et Voc. plurali: ut, Acc. μείζονα, per Syncopen μείζοα, per Crasin μείζω: Nom. et Voc. μείζονες, μείζοες, μείζες, et μείζονα, μείζοα, μείζω. Acc. μείζονας, μείζοας, μείζες, et μείζονα, μείζοα, μείζω.

HETEROCLITA.

Heteroclita sunt, quæ à communi declinandi ratione deflectunt.

Heteroclita Genere.

In singulari numero generis sunt masculini, in plurali neutrius, ὁ ἐρετμὸς, *remus*, τὰ ἐρετμά· ὁ λύχνος, *lucerna*, τὰ λύχνα· ὁ μοχλὸς, *vectis*, τὰ μοχλά· ὁ τράχηλος, *collum*, τὰ τράχηλα· * et quædam alia.

---

* Olim duas terminationes in ος et ον, hæc nomina habebant: sic *jocus*,

In singulari numero generis fœminini, in plurali neutrius sunt, ἡ δίφρος, *currus*, τὰ δίφρα· ἡ κέλευθος, *via*, τὰ κέλευθα· quibus addi potest, ὁ καὶ ἡ τάρταρος, plur. τὰ τάρταρα.*

Heteroclita Casibus.

I. Aptôta sunt,

1. Nomina literarum : ut, ἄλφα, βῆτα.

2. Quæ Apocopen patiuntur : ut, δῶ pro δῶμα, *domus* ; τρόφι pro τρόφιμον, *nutrimentum*.

3. Omnes numeri à quatuor ad centum.

4. Poëtica nomina in φι et φιν, ut, θύρηφι à θύρα· ϛράτοφι à ϛράτος· ναῦφι à ναῦς· ϛήθεσφι à ϛῆθος.

5. Similiter δέμας, *corpus* ; σέβας, *veneratio* ; ὄναρ, *somnium* ; ὄφελος, *utilitas* ; νῶκαρ, *torpor* ; δῶς, *donum*, &c.

II. Monoptôton tantùm unum est, ὦ τᾶν, *O amice*, vel *amici*, ab ἔτης.

III. Diptôta sunt, οἱ φθοῖες, τὲς φθοῖας, *placentæ* ; ἄτλα et ἄσσα, pro ἄτινα, *quædam*, Nom. et Acc. plur.

IV. Triptôta, Gen. ἀλλήλων, λων, λων· Dat. ἀλλήλοις, αις, οις· Acc. ἀλλήλες, λας, λα·

Vocativo carent indefinita, et interrogativa.

---

jocus, locus, &c. apud Latinos faciunt in plurali *joci* et *joca, loci* et *loca*.

Heteroclita

Heteroclita Numero.

Duali et plurali * carent, ἡ ἅλς, *mare*; † ἡ γῆ, *orbis terrarum*; † ὁ ἀὴρ, *aër*; † τὸ πῦρ, *elementum ignis*; τὸ ἔλαιον, *oleum*. ‡

Singulari carent ἄλφιτα, *victus necessarius*; Ἀθῆναι, *Athenæ*; ὀνείρατα, *insomnia*; et festa deorum, cum plurimis aliis.

Heteroclita Declinatione.

Quædam sunt neutra in ρ, quæ à nominibus in ας genitivum mutuantur: ut, φρέαρ, *puteus*; ἧπαρ, *jecur*; ὕδωρ, *aqua*; ἦμαρ, *dies*; εἶδαρ, *cibus*; σκὼρ, *stercus*; Gen. φρέατος, ἥπατος, ὕδατος, ἤματος, εἴδατος, σκατὸς, *&c.*

His addi possunt γάλα, *lac*; § γάλακτος· γυνὴ, *mulier*, § γυναικὸς, quæ genitivos ab inusitatis nominativis γυναὶξ et γάλαξ mutuantur.

De PATRONYMICIS.

Patronymicum est, quod vel à patre, vel ab aliâ quàpiam suæ familiæ personâ, derivatur.

Patronymica Masculina desinunt,

---

* Carent, quatenus elementa; aliter verò hæ voces † pluralem habent. αἱ γαῖ, Arist. Prob. Sect. 23. ἀέρας, et ἀέρων, Plutarch. τὰ πυρὰ, Homer. Herod. Thucyd.

‡ Ἔλαια in numero plurali semel tantùm occurrit. Callim. in Apoll. v. 38.

§ Vide Not. p. 10.

1. In

1. In ίδης, quæ fiunt à genitivis primitivorum mutando terminationem in ίδης: ut, Πρίαμος, ε, Πριαμίδης· Νέσ]ωρ, ορος, Νεσ]ορίδης· Λη]ῶ, όος, οΐδης· à Πηλέως fit Πηλείδης, per Epenthesin Πηλεϊάδης· et ab Ionico genitivo Πηλῆος, Πηληϊάδης.

2. In άδης, cùm nomen sit vel primæ declinationis: ut, Βορέας, ε, Βορεάδης· Ἱππότης, ε, Ἱππο]άδης· vel cùm Primitivum sit tertiæ declinationis, et desinat in ος purum: ut, Ἥλιος, ε, Ἡλιάδης· Ναύπλιος, ε, Ναυπλιάδης. Cùm Primitivum in penultimâ Genitivi sit longum, cujuscunque sit declinationis, Patronymicum ferè desinit in ιάδης; ut, Λαέρτης, έρτε, Λαερ]ιάδης· Ἄτλας, αντος, Ἀτλαν]ιάδης· Ἀμφι]ρύων, ωνος, Ἀμφι]ρυωνιάδης.

Patronymica Fœminina desinunt,

1. In ις, vel ας, quæ fiunt à Masculinis removendo δη: ut, Νεςορίδης, Νέςορις· Ἡλιάδης, Ἡλιάς.

2. In ηΐς, à nominativis primitivorum: ut, à Χρύσης, Χρυσηΐς· Βρισῆς, Βρισηΐς· Κάδμος, Καδμηΐς.

3. In ίνη, vel ώνη, quæ fiunt à genitivis primitivorum mutando ultimam syllabam in ίνη, vel ώνη: ut, Ἄδραςος, Ἀδράςε, Ἀδραςίνη· Ἰκάριος, Ἰκαρίε, Ἰκαριώνη· interdum à nominativo in ων; ut, Ἠετίων, Ἠετιώνη.

Patronymica Ionica desinunt in ίων, vel είων: ut, Κρονίων, Πηλείων, Ἀτρείων.*

---

* Quædam anomala sunt, ut, Λαμπετίδης, filius Lampi, Il. ο. v. 526. Δευκαλίδης, filius Deucalionis, Il. ν. v. 307. At forte duplex fuit horum primitivorum forma, Λάμπος et Λάμπετος, Δευκαλίων et Δεύκαλος. Sic et Οἴδιπες et Οἰδίποδης.

DIMINUTIVA

DIMINUTIVA varias habent terminationes; ut,

I. Masc. in	ων,	μωρίων,	*stultulus.*
	αξ,	λίθαξ,	*lapillulus.*
	σκος,	νεανίσκος,	*juvenis.*
	λος,	ναυτίλος,	*nautila.*
II. Fœm. in	ις	κρηνὶς,	*fonticulus.*
	σκη,	παιδίσκη,	*puellula.*
	νη,	πολίχνη,	*urbecula.*
III. Neut. in ιον,		γνωμίδιον,	*sententiola.*
		πολίχνιον,	*urbecula.*

Possessiva terminantur in

1. κος, ut,	μουσικὸς,	*musicus,*	à	μοῦσα.
2. ιος, ut,	οὐράνιος,	*cœlestis,*	ab	οὔρανος.
3. νος, ut,	ἀνθρώπινος,	*humanus,*	ab	ἄνθρωπος.
4. ειος, ut,	ἀνθρώπειος,	*humanus,*	ab	ἄνθρωπος.
5. ωδης, ut,	λιθώδης,	*lapidosus,*	à	λίθος.
6. ωος, ut,	πατρῷος,	*paternus,*	à	πατὴρ.

DECLINATIONES ADJECTIVORUM.

Adjectiva sequuntur formam et declinationes substantivorum.

Adjectiva in ος purum, et ρος, faciunt fœmininum per α, reliqua per η, et neutrum per ον; ut Ἅγιος, ἁγία, ἅγιον, sanctus; ἀνθηρὸς, ἀνθηρὰ, ἀνθηρὸν, *floridus.*

Excipiuntur ὄγδοος, όη, οον, *octavus*; et nomina contracta in εος, et οος; ut, χρύσεος, *aureus*; ἁπλόος, *simplex.*

Quatuor adjectiva formant neutrum genus per *ο* et *ον*; ut, *ἄλλος*, *τηλικοῦτος*, *τοσοῦτος*, *τοιοῦτος*· et tria pronomina, *οὗτος*, *αὐτὸς*,* *ἐκεῖνος*, per *ο*.

Adjectiva in	ὺς εις οῦς	formant fœmin. per	εῖα εσσα ῆ	neutrum per	ὺ εν οῦν

ut,	ὀξὺς,	ὀξεῖα,	ὀξὺ	*acutus.*
	χαρίεις,	χαρίεσσα,	χαρίεν,	*gratiosus.*
	ἁπλοῦς,	ἁπλῆ,	ἁπλοῦν,	*simplex.*

Excipe *πολὺς*, *πολὺ*, Acc. *πολὺν*, *πολὺ*. Poët. Gen. *πολέος*, Dat. *πολέϊ*. Plur. Nom. *πολέες*, Gen. *πολέων*, Dat. *πολέσι*, Acc. *πολέας*.

Adjectiva in *ας* habent fœmininum in *ασα*, et neutrum in *αν*: ut, *πᾶς*, *πᾶσα*, *πᾶν*, *omnis*: sed Nom. *μέγας*, *μέγα*, Acc. *μέγαν*, *μέγα*.

Πολὺς mutuatur quosdam casus ab inusitato *πολλὸς*,: sic *μέγας* quosdam casus singulares, et omnes duales ac plurales, ab inusitato, *μέγαλος*: Μέλας *μέλανος* fœmininos omnes ab inusitato *μέλαινος*· ut et *τάλας τάλανος* fœmininos omnes ab inusitato *τάλαινος*.

Singulariter.

	Masc.	Fœm.	Neut.
Nom.	ὁ πᾶς	ἡ πᾶσα	τὸ πᾶν
Gen.	παντὸς	πάσης	παντὸς
Dat.	παντὶ	πάσῃ	παντὶ
Acc.	πάντα,	πᾶσαν	πᾶν
Voc.	ὦ πᾶς	πᾶσα	πᾶν.

* Αὐτὸς compositum cum Articulo præpositivo ὁ, ἡ, τὸ, significat *idem, eadem, idem*: ὁ αὐτὸς, Ionicè, ὡυτὸς *idem*, et neutrum in nom. et accus. τὸ αὐτὸ fit ταυτὸν, assumpto ν.

Dualiter.

Dualiter.

N. A. V.	πάντε	πάσα	πάντε
G. & D.	πάντοιν	πάσαιν	πάντοιν.

Pluraliter.

Nom.	πάντες	πᾶσαι	πάντα
Gen.	πάντων	πασῶν	πάντων
Dat.	πᾶσι	πάσαις	πᾶσι
Acc.	πάντας	πάσας	πάντα
Voc.	πάντες	πάσαι	πάντα.

Adjectiva per tria genera, et duas terminationes declinata, desinunt in

ης		ες
ις		ι
υς		υ
ους	et formant neutrum per	ουν
ην		εν
ων		ον
ως		ων
ος*		ον,

ut,

ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς,	καὶ τὸ ἀληθὲς,	verus.
ὁ καὶ ἡ εὔχαρις,	καὶ τὸ εὔχαρι,	gratiosus.
ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς,	καὶ τὸ ἄδακρυ,	sine lachrymis.
ὁ καὶ ἡ πολύπους,	καὶ τὸ πολύπουν,	multipes.
ὁ καὶ ἡ τέρην,	καὶ τὸ τέρεν,	tener.
ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων,	καὶ τὸ εὔδαιμον,	felix.
ὁ καὶ ἡ εὔγεως,	καὶ τὸ εὔγεων,	fertilis.
ὁ καὶ ἡ ἀθάνατος,	καὶ τὸ ἀθάνατον,	immortalis.

* Omnia adjectiva composita, et in ος terminata, apud antiquissimos Græcos per tria genera declinabantur. *Porson* ad Med. v. 822.

Quædam sunt trium generum; ut, ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ μάκαρ, *felix*; ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ ἅρπαξ, *rapax*; ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ μανιὰς, *furiosus*.

Singulariter.

	Masc.	Fœm.	Neut.
Nom.	καλὸς	καλὴ	καλὸν
Gen.	καλȣ̃	καλῆς	καλȣ̃
Dat.	καλῷ	καλῇ	καλῷ
Acc.	καλὸν	καλὴν	καλὸν
Voc.	καλὲ	καλὴ	καλὸν.

Dualiter.

N. A. V.	καλὼ	καλὰ	καλὼ
G. & D.	καλοῖν	καλαῖν	καλοῖν.

Pluraliter.

N. V.	καλοὶ	καλαὶ	καλὰ
Gen.	καλῶν	καλῶν	καλῶν
Dat.	καλοῖς	καλαῖς	καλοῖς
Acc.	καλȣ̀ς	καλὰς	καλά.

Singulariter.

Nom. ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, καὶ τὸ ἀληθὲς,
Gen. τȣ̃, καὶ τῆς, καὶ τȣ̃ ἀληθέος, ȣ̃ς,
Dat. τῷ, καὶ τῇ, καὶ τῷ ἀληθέϊ, εῖ,
Acc. τὸν καὶ τὴν ἀληθέα, ῆ, καὶ τὸ ἀληθὲς,
Voc. ὦ αληθες, et neut. ἀληθὲς.

Dualiter.

N. & A. τὼ, καὶ τὰ, καὶ τὼ ἀληθέε, ῆ,
G. & D. τοῖν, καὶ ταῖν, καὶ τοῖν ἀληθέοιν, οῖν,
Voc. ὦ ἀληθέε, ῆ.

Pluraliter.

Pluraliter.

Nom. οἱ καὶ αἱ ἀληθέες, εῖς, καὶ τὰ ἀληθέα, ῆ,
Gen. τῶν ἀληθέων, ῶν,
Dat. τοῖς, καὶ ταῖς, καὶ τοῖς ἀληθέσι,
Acc. τȣ̀ς καὶ τὰς ἀληθέας, εῖς, καὶ τά ἀληθέα, ῆ,
Voc. ὦ ἀληθέες, εῖς, et neut. ἀληθέα, ῆ.

Singulariter.

Nom. ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, καὶ τὸ εὔχαρι,
Gen. τȣ̃, καὶ τῆς, καὶ τȣ̃ εὐχάριτος,
Dat. τῷ, καὶ τῇ, καὶ τῷ εὐχάριτι,
Acc. τὸν καὶ τὴν εὐχάριτα, et εὔχαριν, καὶ τὸ εὔχαρι,
Voc. ὦ εὔχαρι.

Dualiter.

N. A. τὼ, καὶ τὰ, καὶ τὼ εὐχάριτε,
G. D. τοῖν, καὶ ταῖν, καὶ τοῖν εὐχαρίτοιν,
Voc. ὦ εὐχάριτε.

Pluraliter.

Nom. οἱ καὶ αἱ εὐχάριτες, καὶ τὰ εὐχάριτα,
Gen. τῶν εὐχαρίτων,
Dat. τοῖς, καὶ ταῖς, καὶ τοῖς εὐχάρισι,
Acc. τȣ̀ς καὶ τὰς εὐχάριτας, καὶ τὰ εὐχάριτα,
Voc. ὦ εὐχάριτες, et neut. εὐχάριτα.

Sic etiam declinantur τίς, *quis*, interrogativum ; et τὶς, *aliquis*, indefinitum.

Sing. Nom. ὁ καὶ ἡ τίς,* καὶ τὸ τί, *quis*,
Gen. τȣ̃, καὶ τῆς, καὶ τȣ̃ τίνος,
Dat. τῷ, καὶ τῇ, καὶ τῷ τίνι,
Acc. τὸν καὶ τὴν τίνα, καὶ τὸ τί, &c.

---

* Τὶς indefinitum per omnes casus accentum, si non inclinat, in ultimâ habet.

Singulariter.

Singulariter.

	Masc.	Fœm.	Neut.
Nom.	χαρίεις	χαρίεσσα	χαρίεν
Gen.	χαρίεντος	χαριέσσης	χαρίεντος
Dat.	χαρίεντι	χαριέσσῃ	χαρίεντι
Acc.	χαρίεντα	χαρίεσσαν	χαρίεν
Voc.	χαρίεν, et χαρίει,	χαρίεσσα,	χαρίεν.

Dualiter.

N. A. V.	χαρίεντε	χαριέσσα	χαρίεντε
G. D.	χαριέντοιν	χαριέσσαιν	χαριέντοιν.

Pluraliter.

N. V.	χαρίεντες	χαρίεσσαι	χαρίεντα
Gen.	χαριέντων	χαριέσσων	χαριέντων
Dat.	χαρίεισι	χαριέσσαις	χαρίεισι
Acc.	χαρίεντας	χαριέσσας	χαρίεντα.

Singulariter.

	Masc.	Fœm.	Neut.
Nom.	ὀξὺς	ὀξεῖα	ὀξὺ
Gen.	ὀξέος	ὀξείας	ὀξέος
Dat.	ὀξέϊ, ὀξεῖ,	ὀξείᾳ	ὀξέϊ, ὀξεῖ
Acc.	ὀξὺν *	ὀξεῖαν	ὀξὺ
Voc.	ὀξὺ	ὀξεῖα	ὀξύ.

Dualiter.

N. A. V.	ὀξέε	ὀξεία	ὀξέε
G. D.	ὀξέοιν	ὀξείαιν	ὀξέοιν.

---

* Et poëticè in α, et masculini et fœminini Generis, ut εὐρέα πόντον, Hom. ἀδέα χαίταν. Theoc.

Pluraliter.

Pluraliter.

N. V.	ὀξέες, ὀξεῖς	ὀξεῖαι	ὀξέα
Gen.	ὀξέων	ὀξειῶν	ὀξέων
Dat.	ὀξέσι	ὀξείαις	ὀξέσι
Acc.	ὀξέας, ὀξεῖς	ὀξείας	ὀξέα.

Numeralia.

Numeralia quædam sunt Cardinalia, quædam Ordinalia.

I. Cardinalia sunt, εἷς, *unus*; δύο, vel δύω, *duo*; τρεῖς, *tres*; τέσσαρες, *quatuor*; quæ sic inflectuntur:

	N.	G.	D.	A.
Masculino.	εἷς,	ἑνὸς,	ἑνὶ,	ἕνα, *unus.*
Fœminino.	μία,	μιᾶς,	μιᾷ,	μίαν, *una.*
Neutro.	ἓν,	ἑνὸς,	ἑνὶ,	ἓν, *unum.*

Eodem modo declinantur composita ab εἷς, οὐδεὶς, et μηδεὶς, *nemo, nullus*, οὐδεμία, μηδεμία, οὐδὲν, μηδὲν.

Δύο,* et δύω, *duo*, Gen. et Dat. δυοῖν, (δυεῖν Atticè in genit.) Dat. δυσὶ.

Sed δύο omnium generum, et omnium casuum esse observatur.

Plur.	Nom.	οἱ καὶ αἱ τρεῖς, καὶ τὰ τρία, *tres.*
	Gen.	τῶν τριῶν,
	Dat.	τοῖς, καὶ ταῖς, καὶ τοῖς τρισὶ.
	Acc.	τοὺς, καὶ τὰς τρεῖς, καὶ τὰ τρία.
Plur.	Nom.	οἱ καὶ αἱ τέσσαρες, καὶ τὰ τέσσαρα, *quatuor.*
	Gen.	τῶν τεσσάρων,
	Dat.	τοῖς, καὶ ταῖς, καὶ τοῖς τέσσαρσι.
	Acc.	τοὺς καὶ τὰς τέσσαρας, καὶ τὰ τέσσαρα.

* δύο semper Attici. *Porson* ad Orest. 1550.

A qua-

A quatuor usque ad centum non declinantur Numeralia; ut,

πέντε *quinque*,
ἓξ *sex*,
ἑπτὰ *septem*,
ὀκτὼ *octo*,
ἐννέα *novem*,
δέκα *decem*,
ἕνδεκα *undecim*,
δυώδεκα *duodecim*,
τριακαίδεκα *tredecim*,
τεσσαρακαιδεκα *quatuordecim*,
πεντεκαίδεκα *quindecim*,
ἑκκαίδεκα *sexdecim*, &c.

εἴκοσι *viginti*,
εἴκοσι εἷς *viginti unus*,
εἴκοσι δύω *viginti duo*, &c.
τριάκοντα *triginta*,
τεσσαράκοντα *quadraginta*,
πεντήκοντα *quinquaginta*,
ἑξήκοντα *sexaginta*,
ἑβδομήκοντα *septuaginta*,
ὀγδοήκοντα *octoginta*,
ἐννενήκοντα *nonaginta*,
ἕκατον *centum*.

Quæ numerum centenarium sequuntur declinabilia sunt; ut,

οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια, *ducenti, ducentæ, ducenta*,
τριακόσιοι *trecenti*,
τεσσαρακόσιοι *quadringenti*,
πεντακόσιοι *quingenti*,
ἑξακόσιοι *sexcenti*,
ἑπτακόσιοι, ὀκτακόσιοι, ἐννεακόσιοι.

χίλιοι *mille*.
δισχίλιοι *bis mille*,
τρισχίλιοι, τετρακισχίλιοι, πεντακισχίλιοι, &c.
μύριοι *decies mille*,
δισμύριοι *viginti mille*,
τρισμύριοι *triginta mille*, et sic deinceps.

II. Ordinalia sunt, quæ Interrogationi πόσος, *quotus*, aptè respondent; ut,

πρῶτος *primus*,
δεύτερος *secundus*,
τρίτος *tertius*,
τέταρτος *quartus*,
πέμπτος *quintus*,
ἕκτος *sextus*,

ἕβδομος

ἕβδομος *septimus*,
ὄγδοος *octavus*,
ἔνναῖος *nonus*,
δέκαῖος *decimus*,
ἑνδέκαῖος *undecimus*,
δωδέκαῖος *duodecimus*,
τρισκαιδέκαῖος *decimus tertius*,
τεσσαρακαιδέκαῖος, &c.
εἰκοςὸς *vigesimus*,
εἰκοςὸς πρῶτος, εἰκοςὸς δεύτερος, &c.
τριακοςὸς, τεσσαρακοςὸς, πεντηκοςὸς. ἑξηκοςὸς, ἑβδομηκοςὸς, ὀγδοηκοςὸς, ἐνενηκοςὸς, ἑκατοςὸς, *centesimus* [&c.
διακοσιοςὸς, τριακοσιοςὸς,
χιλιοςὸς *millesimus*,
δισχιλιοςὸς *bis millesimus*,
μυριοςὸς *decies millesimus*,
δισμυριοςὸς *vicies millesimus*, &c.

Præterea sunt nomina dialia, quæ dierum spatium significant; ut, Τριταῖος, *tertianus*, τεταρταῖος, *quartanus*, &c *i. e.* erumpens, aut aliquid agens die tertiâ, quartâ, &c.

Græci numeros his literis exprimunt.

α′	1	ι′	10	ρ′	100	͵α	1000
β′	2	κ′	20	σ′	200	͵β	2000
γ′	3	λ′	30	τ′	300	͵γ	3000
δ′	4	μ′	40	υ′	400	͵δ	4000
ε′	5	ν′	50	φ′	500	͵ε	5000
ς′	6	ξ′	60	χ′	600	͵ι	10000
ζ′	7	ο′	70	ψ′	700	͵κ	20000
η′	8	π′	80	ω′	800	͵ρ	100000
θ′	9	ϟ′	90	πι′	900	͵σ	200000

Comparatio Nominum.

Adjectiva in ος formant Comparativum mutando ς in τερος, et Superlativum in τατος, ut, ἔνδοξος, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος.

Quæ penultimam habent brevem, mutant ο in ω in Comparativo et Superlativo, ut φρόνιμος, φρονιμώτερος, φρονιμώτατος, *prudens, prudentior, prudentissimus.*

Excipe, κενὸς, κενότερος, κενότατος, *vacuus;*

στενὸς, στενότερος, στενότατος, *angustus.*

Reliqua adjectiva comparantur per έστερος et έστατος, sed in ας per άντερος et άντατος· In υς sæpè per ίων * et ιστος· ut,

Θετικὸν,	Συγκριτικὸν,	Ὑπερθετικὸν.
Positivus,	Comparativus,	Superlativus.

In
- ων. σώφρων, σωφρονέστερος, σωφρονέστατος, *modestus.*
- ας. μέλας, μελάντερος, μελάντατος, *niger.*
- εις. χαρίεις, χαριέστερος, χαριέστατος, *gratiosus.*
- ης. εὐσεβὴς, εὐσεβέστερος, εὐσεβέστατος, *religiosus.*
- ȣς. ἁπλȣ̃ς, ἁπλȣστέρος, ἁπλȣ́στατος, *simplex.*
- υς. εὐρὺς, εὐρύτερος, et εὐρίων, εὐρύτατος, et εὔριστος, *latus.*
- αρ. μάκαρ, μακάρτερος, μακάρτατος, *felix.*
- ην. τέρην, τερενέστερος, τερενέστατος, *tener.*

---

* In comparativis in ίων, ι brevem usurpant Iones, longam Attici.

COMPARATIO

Comparatio Irregularis.

Pos.	Comp.	Superl.
Κακὸς, *malus,*	κακίων, et κακώτερος,	κάκιστος, et κακώτατος.
----------------	χείρων,	
----------------	χερείων,	χείριστος.
----------------	χερειότερος,	
ἐλαχὺς, *parvus,*	ἐλάσσων, et ἐλάττων,	ἐλάχιστος.
----------------	μείων, *minor,*	μεῖστος.
----------------	ἥσσων, et ἥττων, *minor,*	ἥκιστος.
βραδὺς, *tardus,*	βράσσων,	βράδιστος.
μέγας, *magnus,*	μείζων, et μάσσων,	μέγιστος.
πλέος, et πλεῖος, *plenus,*	πλέων, et πλείων,	πλεῖστος.

Attici formant multa per *ίστερος*, et *ίστατος*, et nonnulla per *έστερος*, et *έστατος*, et per *αίτερος*, et *αίτατος*, à positivis in ος· ut,

Λάλος,	*loquax,*	λαλίστερος,	λαλίστατος.
Αἰδοῖος,	*venerabilis,*	αἰδοιέστερος,	αἰδοιέστατος.
Ὀλίγος,	*paucus,*	ὀλιγίστερος,	ὀλιγίστατος, et ὀλίγιστος.
Ἴσος,	*æqualis,*	ἰσαίτερος,	ἰσαίτατος.
Φίλος,	*amicus,*	φιλαίτερος, et φίλτερος,	φιλαίτατος, φίλτατος, et φίλτιστος.

A Superlativis etiam formantur alia Comparativa et Superlativa, ut, ἐλάχιστος, ἐλαχιστότερος, *multò minimus.*

Κύδιστος, κυδίστατος, *longè gloriosissimus.*

 Com-

Comparantur etiam,

I. Substantiva: ut,

Ἔχθος,*	*odium,*	ἐχθίων,	ἔχθιστος.
Αἶσχος,*	*dedecus,*	αἰσχίων,	αἴσχιστος.
Οἶκτος,*	*misericordia,*	----------	οἴκτιστος.
Κῦδος,	*gloria,*	κυδίων,	κύδιστος.
Κέρδος,	*lucrum,*	κερδίων,	κέρδιστος.
Κάλλος,	*pulchritudo,*	καλλίων,	κάλλιστος.
Ἄλγος,	*dolor,*	ἀλγίων,	ἄλγιστος.
Ὕψος,	*altitudo,*	ὑψίτερος,	ὕψιστος.
Ἄρης,	*Mars,*	ἀρείων,	ἄριστος.
Κράτος,	*robur,*	---------	κράτιστος.
Βασιλεὺς,	*rex,*	βασιλεύτερος,	βασιλεύτατος.
Κρείων,	*rex,*	κρείσσων, vel κρείττων.	------------
Βέλος,	*telum,*	βέλτερος, vel βελτίων,	βέλτιστος.

II. Pronomen: ut,

Αὐτὸς,	*ipse,*	--------------	αὐτότατος.

III. Verba; ut,

Λῶ,	*volo,*	λωΐων, vel λώων, vel λωΐτερος,	λῷστος.
Φέρω,	*fero,*	φέρτερος,	φέρτατος, vel φέριστος, vel φέρτιστος.

---

* Comparativa et Superlativa horum verborum ab ἐχθρὸς, αἰσχρὸς, οἰκτρὸς, revera derivantur, sed, ut vitetur ἡ κακοφωνία, litera ρ omittitur.

IV. Ad-

IV. Adverbia; ut,

Ἄνω,	*supra,*	ἀνώτερος,	ἀνώτατος.
Μάλα,	*valde,*	μᾶλλον,	μάλιστα.
Κάτω,	*infra,*	κατώτερος,	κατώτατος.
Πόῤῥω,	*longè,*	πορρώτερος,	πορρώτατος.
Πέραν,	*ultra,*	περαίτερος,	περαίτατος.
Ἔξω,	*extra,*	ἐξώτερος,	ἐξώτατος.
Ῥέα,	*facile,*	ῥᾴων,	ῥᾷστος.
Ἐγγὺς,	*prope,*	ἐγγύτερος, vel ἐγγίων,	ἐγγύτατος, vel ἔγγιστος.

V. Præpositiones; ut,

Ὑπὲρ, *super,* ὑπέρτερος, ὑπέρτατος, per Syncopen ὕπατος.

Πρὸ, *ante,* πρότερος, πρότατος, per Syncopen πρόατος, per Crasin πρῶτος, et quasi geminato superlativo, πρώτιστος.

VI. Participia; ut,

Ἐῤῥωμένος, *robustus,* ἐῤῥωμενέστερος, ἐῤῥωμενέστατος.

Quædam etiam sunt, quæ prorsus ab analogiâ recedunt; ut,

Ἀγαθὸς, Ἐσθλὸς, } *bonus,* ἀμείνων, *melior.* ----------

Pronomina.

Pronomina primitiva sunt,

Ἐγὼ, *ego*; σὺ, *tu*; οὗ, *sui*:

Possessiva sunt,

Ἐμὸς, *meus*;
Σὸς, vel τεὸς, *tuus*;
Ἑὸς, vel ὃς, *suus*;
Νωΐτερος, *noster duorum*;
Σφωΐτερος, *vester duorum*;
Ἡμέτερος, *noster*;
Ὑμέτερος, *vester*;
Σφέτερος, *suus.*

Reliqua

Reliqua sunt,

Οὗτος, *hic* ; Ἐκεῖνος, *ille* ; Αὐτὸς, *ipse* ; Ὃς, *qui*.

Composita sunt,

Ἐμαυτȣ̃, *mei ipsius* ; Ἑαυτȣ̃, *sui ipsius*.
Σεαυτȣ̃, *tui ipsius* ;

Ἐγὼ, *Ego*.

Sing.	Dual.	Plur.
N. ἐγὼ,		N. ἡμεῖς,
G. ἐμȣ̃,	N. A. νῶϊ, νῷ,	G. ἡμῶν,
D. ἐμοὶ,		D. ἡμῖν,
A. ἐμὲ, et per Aphæresin, μȣ̃, μοὶ, μὲ.	G. D. νῶϊν, νῷν.	A. ἡμᾶς.

Σὺ, *tu*.

Sing.	Dual.	Plur.
N. et V. σὺ,	N. A. σφῶϊ, σφῷ,	N. ὑμεῖς,
G. σȣ̃,		G. ὑμῶν,
D. σοὶ,		D. ὑμῖν,
A. σὲ.	G. D. σφῶϊν, σφῷν,	A. ὑμᾶς.

Οὗ, *sui* et *illius*.

Sing.	Dual.	Plur.
N. *caret*.		N. σφεῖς,
G. ȣ̃,	N. A. σφωὲ, σφὲ,	G. σφῶν,
D. οἷ, vel ἑοῖ,		D. σφίσι,
A. ἓ.	G. D. σφωῒν, σφὶν.	A. σφᾶς.

Relativum, Ὃς, *qui*.

Sing.	Dual.	Plur.
N. ὃς, ἣ, ὃ,	N. A. ὣ, ἃ, ὣ,	N. οἳ, αἳ, ἃ,
G. ȣ̃, ἧς, ȣ̃,		G. ὧν, ὧν, ὧν,
D. ᾧ, ᾗ, ᾧ,	G. D. οἷν, αἷν, οἷν.	D. οἷς, αἷς, οἷς,
A. ὃν, ἣν, ὃ.		A. ȣ̃ς, ἃς, ἃ.

Sic, ὅστις, ἥτις, ὅ,τι ; et ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ.

Item reliqua per tria genera more adjectivorum, et, ut nomina secundæ et tertiæ declinationis, inflectuntur.

M.	F.	N.
Ἐμὸς,	ἐμὴ,	ἐμὸν.
νωΐτερος,	νωϊτέρα,	νωΐτερον.
ἡμέτερος,	ἡμετέρα,	ἡμέτερον.
σὸς vel τεὸς,	σὴ vel τεὴ,	σὸν vel τεὸν.
σφωΐτερος,	σφωϊτέρα,	σφωΐτερον.
ὑμέτερος,	ὑμετέρα,	ὑμέτερον.
ἑὸς, vel ὃς,	ἑὴ vel ἣ,	ἑὸν vel ὃν.
σφέτερος,	σφετέρα,	σφέτερον.
ȣ̔͂τος,	αὕτη,	τȣ͂το.
ἐκεῖνος,	ἐκείνη,	ἐκεῖνο.
αὐτὸς,	αὐτὴ,	αὐτὸ.
ἐμαυτȣ͂,	ἐμαυτῆς,	ἐμαυτȣ͂.
σεαυτȣ͂,	σεαυτῆς,	σεαυτȣ͂.
ἑαυτȣ͂,	ἑαυτῆς,	ἑαυτȣ͂.

Οὗτος, *hic*.

		M.	F.	N.
Sing.	Nom.	ȣ̔͂τος,	αὕτη,	τȣ͂το,
	Gen.	τȣ́τȣ,	ταύτης,	τȣ́τȣ,
	Dat.	τȣ́τῳ,	ταύτῃ,	τȣ́τῳ,
	Acc.	τȣ͂τον,	ταύτην,	τȣ͂το.
Dual.	N. A.	τȣ́τω,	ταύτα,	τȣ́τω,
	G. D.	τȣ́τοιν,	ταύταιν,	τȣ́τοιν.

	M.	F.	N.
Plur. Nom.	οὗτοι,	αὗται,	ταῦτα,
Gen.	τούτων,	τούτων,	τούτων,
Dat.	τούτοις,	ταύταις,	τούτοις,
Acc.	τούτους,	ταύτας,	ταῦτα.

Sic variatur etiam ἐκεῖνος.

Pronomina Composita, quæ carent Nominativo.

Gen.	Dat.	Acc.
ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, τῆς, τοῦ, ἑαυτοῦ,	τῷ, τῇ, τῷ,	τὸν, τὴν, τὸ.

et per Crasin σαυτοῦ, τῆς, τοῦ· αὑτοῦ, τῆς, τοῦ, &c.

Singularem solum habent ἐμαυτοῦ et σεαυτοῦ·

Pluralem verò habet ἑαυτοῦ·

Gen.	ἑαυτῶν,	τῶν,	τῶν,
Dat.	ἑαυτοῖς,	ταῖς,	τοῖς,
Acc.	ἑαυτοὺς,	τὰς,	τὰ.

Pronomen Indefinitum δεῖνα, *quidam*.

Nom.	ὁ *δεῖνα, vel δεὶς, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα,
Gen.	τοῦ δεῖνος, et δείνατος, τῆς δεῖνος, τοῦ δεῖνος,
Dat.	τῷ δεῖνι, et δείνατι, τῇ δεῖνι, τῷ δεῖνι,
Acc.	τὸν δεῖνα, τὴν δεῖνα, τὸ δεῖνα.

---

* Pronomen δεῖνα non declinatur; Genitivi igitur, et Dativi casus ab inusitato Nominativo δεῖς oriuntur.

VERBUM

VERBUM.

Conjugationes, συζυγίαι, sunt tredecim; sex Barytonorum, tres Contractorum, et quatuor verborum in μι.

Vocantur Barytona, quia gravem habent tonum in ultimâ, qui non appingitur, sed subintelligitur, ita ut accentus sit in penultimâ.

Conjugationes verborum dignoscuntur per literas Characteristicas, quæ figurativæ, vel indices appellantur.

Litera Characteristica est, quæ præcedit ω, vel ομαι· sed in πτ, κτ, μν, prior litera est Characteristica.

Characteristicæ Primæ Conjugationis.

Præs.		Fut.		Præt.
π, τέρπω	ψω	τέρψω	φα	τέτερφα, *delecto.*
β, λείβω		λείψω		λέλειφα, *sacrifico.*
φ, γράφω		γράψω		γέγραφα, *scribo.*
πτ, τύπτω		τύψω		τέτυφα, *verbero.*

Secundæ.

κ, ϖλέκω	ξω	ϖλέξω	χα	ϖέπλεχα, *plico.*
γ, λέγω		λέξω		λέλεχα, *dico.*
χ, τρέχω		θρέξω		τέτρεχα, *curro.*
κτ, τίκτω		τέξω		τέτεχα, *pario.*

Tertiæ.

Præs.		Fut.		Præt.
τ, ἀνύτω	σω	ἀνύσω	κα	ἤνυκα, *perficio.*
δ, ᾄδω		ᾄσω		ᾖκα, *cano.*
θ, πλήθω		πλήσω		πέπληκα, *impleo.*

Quartæ.

σσ, πλάσσω	σω	πλάσω	κα	πέπλακα, *fingo.*
ττ, ὀρύττω	vel	ὀρύξω	vel	ὤρυχα, *fodio.*
ζ, φράζω	ξω	φράσω	χα	πέφρακα, *dico.*

Quintæ.

λ, ψάλλω	ῶ	ψαλῶ	κα	ἔψαλκα, *psallo.*
μ, νέμω		νεμῶ		νενέμηκα,* *distribuo.*
ν, φαίνω		φανῶ		πέφαγκα, *ostendo.*
ρ, σπείρω		σπερῶ		ἔσπαρκα, *sero.*
μν, τέμνω		τεμῶ		τετέμηκα,* *scindo.*

Sextæ.

Quævis vocalis, vel diphthongus, quæ præcedit *ω*, vel *ομαι*: ut, *τίω*, Fut. *τίσω*, Præt. *τέτικα*, *honoro.*

In Voce activâ, et mediâ, octo sunt Tempora.

Præsens —————— Χρόνος ἐνεστὼς.
Imperfectum —— παρατατικὸς.
Perfectum —— παρακείμενος.
Plusquam Perfectum —— ὑπερσυντελικὸς.

---

* Vide Notam, p. 60.

Aoristus

Aoristus	primus / secundus	'Αόριστος	πρῶτος. / δεύτερος.
Futurum	primum / secundum	Μέλλων	πρῶτος. / δεύτερος.

In passivâ additur Paulò post futurum, Μετ' ὀλίγον μέλλων χρόνος.

Modi.

'Εγκλίσεις, quinque, ut apud Latinos;
Indicativus————'Οριστική,
Νεκρὸν ἰατρεύειν, καὶ γέροντα νουθετεῖν, τ' αὔτ' ἐστι·
Mortuum curare, et senem erudire, idem est.

Verba dandi, auferendi, admonendi, rogandi, docendi, bene vel male faciendi ac dicendi, duplicem habent accusativum: ut,

Βούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ;
Visne, ut primùm tibi vinum gustandum præbeam?
Ἠποστέρει με τὰ χρήματα· *abstulit mihi res:*
Ἔπεισα ταῦτα τὴν βουλήν· *hæc senatui persuasi:*
Μέλλετε δ' αἰτεῖν τοὺς θεοὺς τἀγαθὰ·
Felicitatem à Diis rogaturi estis:
Ἅπαντά σε διδάξομαι· *omnia te docebo:*
Τὸν βασιλέα δρᾶν τοῦτο· *facere hoc regi:*
Εἰπεῖν σε κακὰ· *dicere convicia de te.* *

* Ante verò accusativum rei κατὰ subauditur.

Hæc

Hæc variam habent constructionem: ut,

Ἐπιλείπει μοι, καὶ, με, τόδε· *hoc mihi deest:*
Ἄρχει τῆς πόλεως, καὶ, τῇ πόλει· *præest civitati:*
Λοιδορῶ σοι, καὶ, σε· *convicior tibi:*
Προσκυνῶ τῷ Θεῷ, καὶ τὸν Θεόν· *adoro Deum:*
cum multis aliis hujusmodi.

Quodvis verbum admittit accusativum nominis sibi cognati: ut,

Χαίρω χαρὰν· *afficior gaudio;*
Λέγω λόγον· *sermonem habeo;*
Γάμους γαμῶ· *nuptias ineo;* ac plurima ejusmodi.

Verborum Passivorum *Constructio.*

Passiva exigunt genitivum cum præpositionibus ὑπὸ, ἀπὸ, παρὰ, et πρὸς: ut,

Ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθείρεται·
Mens à vino corrumpitur:

Vel sine præpositione: ut,

Τῶν φίλων νικωμένος·
Ab amicis victus.

Genitivus verò iste nonnunquam in dativum vertitur: ut,

Πεποίηταί μοι· *factum est à me.*

Poëtæ sæpe præpositiones per tmesin dissolvunt: ut,

Κατὰ

Κατὰ γαῖα κάλυψε, pro κατεκάλυψε, *terra cooperuit.*

Regulæ.

Passiva per Synecdochen accusativo junguntur: ut,

Πλήττομαι τὴν κεφαλήν· *percutior caput.*

Ubique locus est accusativo, sive post verba, sive post nomina, si subintelligas κατὰ.

Plurima activa passivè sæpe significant, et passivam habent constructionem: ut,

Ἀπαλλάττω ὑπὸ σοῦ· *liberor à te;*

Sic, Τελῶ, *censeor;*

Ἀναλαμβάνω, *recreor;*

Ἀναγνάμπτω, *reflector;*

Ῥίπτω, *jactor;*

Συνάπτω, *conjungor;*

Ἀσκῶ, *exerceor;*

Κρύπτω, *occultor.*

Contra, passiva quædam activè significant, præsertim in præteritis perfectis: ut,

Δέδεγμαι, *accepi;* εἴργασμαι, *perfeci;* πεποίημαι, *feci;* πέφυγμαι, *fugi.*

Præpositio, accentu ipsius retracto, ſæpe ponitur pro verbo composito: ut,

Ἔνι pro ἔνεστι, ἄνα pro ἀνάστα.

IMPERSONALIA.

IMPERSONALIA exigunt

I. Dativum * personæ cum genitivo rei †, δεῖ, δεῖται, *opus est*, ἐνδεῖ, προσδεῖ, διαφέρει, μέλει, μεταμέλει, μέτεστι· ut,

Δεῖ σοι φίλων· *tibi amicis opus est.*

II. Dativum personæ, ἀπόχρη, διαφέρει, δοκεῖ, ἐνδέχεται, ἔξεστι, καθήκει, προσήκει, μέλει, μεταμέλει, πρέπει, συμβαίνει· addito sæpe infinitivo: ut,

Δοκεῖ μοι δρᾷν ταῦτα· *hæc mihi videntur facienda.*

III. Accusativum personæ cum infinitivo ‡, δεῖ, *oportet*; ἐνδέχεται, ἔξεστι, πρέπει, προσήκει, χρὴ, *oportet*; ut,

Χρή σε ποιεῖν· *oportet te facere.*

GERUNDIA *et* SUPINA.

PRO GERUNDIIS et supinis, usurpant Græci infinitivum cum articulo, vel sine articulo: ut,

Λέγειν ἀγαθός· *dicendi peritus:*

---

* At quædam ex his regunt nonnunquam accusativum personæ: ut, μακρȣ λόγȣ σε δεῖ· *tibi longo sermone opus est:* quâ constructione et χρὴ apud Poëtas gaudet; ut, χρή σε αἰδȣ̃ς· *tibi opus est verecundiâ.* Quædam accusativum rei, ut, μεταμέλει μοι τὰς ἁμαρτίας· *me peccatorum pœnitet.* Ante verò genitivum rei subauditur περὶ vel ὑπὲρ, ante accusativum κατὰ.

† Licet genitivus rei solùm exprimatur, subauditur tamen dativus personæ.

‡ At impersonale hìc absolutè poni videtur, et infinitivus ab accusativo, per usitatam conjunctionis ellipsin, pendere.

Καιρὸς τῦ βοηθεῖν· *opportunitas auxiliandi:*
Ἐν τῷ σπυδάζειν· *in studendo:*
Πρὸς τὸ παρακαλεῖν· *ad orandum,* vel *oratu:*
Ποιεῖν αἰσχρὸν· *factu inhonestum.*

Infinitivus sæpissime loco imperativi, per defectum verbi, poni videtur: ut,

Αἰὲν ἀριϛεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων·
Semper optimè te gere in bello, et esto aliis præstantior. Subaudi χρὴ, *oportet,* vel ὅρα, *cura.*

Modo infinitivo eleganter nominativus jungitur: ut,

Πείσω εἶναι δεσπότης· *ostendam me esse Dominum:*
Ἔλεγον, πρὸς τὸ φαίνεσθαι ἀγαθοὶ· *dicebant, ut viderentur boni.*

Cùm significatur neceſſitas, utuntur Græci verbalibus adjectivis, quæ regunt dativum passivorum, et accusativum activorum: ut,

Ἰτέον μοι· *eundum est mihi:*
Οὐ σθένει νικητέον γυναῖκας· *non vi vincendum est mulieres.*

Vel alium casum suorum verborum: ut,
Μνημονευτέον Θεῦ· *de Deo cogitandum.*

Adjectiva hæc usurpantur, vel singulariter, vel pluraliter: ut,

Νέοις ζηλωτέον * (vel Atticè ζηλωτέα) τὲς γέροντας·
A juvenibus imitandum est senes.

---

* Sic Latinè, *Æternas quoniam pœnas in morte timendum.* Lucr.

Aliquando dativus ipse vertitur in alterum accusativum: ut,

Μετάστασιν δεικτέον εἰσφέρουτας, ἐξιόντας·
Ostendendum est mutationem nobis conferentibus, exeuntibus.

Verbalia quoque substantiva regunt casus suorum verborum: ut,

Τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων·
Propter ea, quæ Herculi donâsti:
Ἐγκλήματα τῷ Θεῷ·
Accusationes adversus Deum.

Participia.

Participia regunt casus suorum verborum: ut,

Ὀλιγωρῶν τῆς παιδείας· *Contemnens disciplinam.*

Participia ponuntur loco nominum: ut,

Τόξων εὖ εἰδώς, pro εἰδήμων· *Arcuum peritus.*

Nonnunquam participia vice verbi infiniti ponuntur, plerumque verò in verbis perseverandi, et desistendi: ut,

Ἀγαπῶν με διατέλει· *Persevera me amare:*
Οὐ παύσομαι γράφων· *Non cessabo scribere:*
Μέμνημαι ἰδὼν *Memini vidisse.*

De Articulo Præpositivo.

Articulo præpositivo utimur in

I. Exponendo: ut,

Ὁ Κύριος Ἰησοῦς· *Dominus ille Jesus.*

II. De-

II. Demonstrando: ut,

Ὁ ποιητὴς, i. e. *summus poëta*, pro *Homero*.

Articulus, si præponitur infinitivo, pro nomine sumitur in omni casu: ut,

Τὸ φρονεῖν, *sapientia:*
Τοῦ φρονεῖν, *sapientiæ:*
Ἐν τῷ φρονεῖν, *in sapientiâ.*

Item adverbium cum articulo per defectum vocis pro adjectivo habetur: ut,

Τὰ ἔξω, *externa:*
Οἱ πέλας, *vicini:*
Τῷ πλησίον, *vicino:*

id est, τὰ πράγματα ὄντα ἔξω· οἱ ἄνθρωποι ὄντες πέλας· τῷ ἀνθρώπῳ ὄντι πλησίον.

Articulus cum περὶ, ἀμφὶ, μετὰ, κατὰ, et similibus, vel cum nomine proprio, idem significat, quod nomen ipsum, vel comitatum: ut,

Οἱ περὶ ἱερὰ· *sacerdotes:*
Οἱ ἀμφὶ Πλάτωνα· *Plato*, vel *Platonici:*
Οἱ μετ' Ἀχίλλεως· *socii Achillis:*
Οἱ κατ' ἀγορὰν· *causidici:*

Participia quædam hîc videntur subaudiri: ut,
Οἱ περὶ ἱερὰ σπουδάζοντες·
Illi, qui in sacris curandis occupantur, nempe *sacerdotes*, &c.

Ponitur

Ponitur articulus præpositivus pro relativo: ut,

Τὸ ῥᾷστον ἁπάντων, pro ὃ ῥᾷστον· *quod factu facillimum.*

Et vice versâ: ut,

Ἦ δ' ὅς· *inquit ille.*

Articulus cum genitivo substantivi significat possessionem: ut,

Τὰ μητρὸς· *facultates matris;* subaudi χρήματα·
Τὰ Πλάτωνος· *opera Platonis;* subaudi ἔργα.

Articulus cum adjectivo ponitur pro substantivo: ut,

Τὸ τραχὺ, pro τραχύτης, *asperitas.*

Interdum adjectivum etiam sine articulo ita usurpatur: ut,

Φιλότιμον, pro φιλοτιμία, *ambitio.*

Sic τὸ σὸν, pro σὺ, *tu.*

Ὑμέτερον, pro ὑμεῖς, *vos.*
Τὸ θεῖον, pro θεὸς, *Deus.*

Articulus cum conjunctionibus, μὲν et δὲ, habet locum in divisionibus: ut,

Οἱ μὲν καλοὶ, οἱ δὲ κακοὶ·
Hi quidem boni, illi verò mali.

Item adverbialiter: ut,

Τῇ μὲν, τῇ δὲ, *partim;* subauditur μοίρᾳ, vel tale aliquid.

ARTICULUS neutrius generis præponitur quibuſcunque dictionibus, ut ipſam dictionem ſignificari oſtendat: ut,

Τὸ ἄνθρωπος, id est, hæc dictio ἄνθρωπος· τὸ γυνὴ, hæc dictio γυνή· Subaudi ἔπος, *verbum.*

De Tempore.

QUÆ ſignificant partem temporis uſurpantur frequentiùs in genitivo, nonnunquam in dativo, et accuſativo: ut,

Νυκτὸς, καὶ ἡμέρας· *nocte, dieque:*
Εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν· *viginti totis annis:*
Ὅλην ἡμέραν· *totum diem.*

De Loco.

GRÆCI ſæpiſſime in locis deſignandis utuntur proprio nomine loci cum præpoſitione: ut,

Ἐξ Ἀθηνῶν, *ex Athenis;*
Εἰς Βριτανníαν, *ad Britanniam.*

Aliquando uſurpant adverbia

I. In θι et σι, pro in loco: ut,

Οὐρανόθι, *in cœlo;*
Ἀθήνησι, *Athenis.*

II. In χȣ, et χῆ: ut,
Πανταχȣ, *ubique;*
Πανταχῆ, *ubivis.*

III. In

III. In δε, σε, et ζε, pro ad locum: ut,

Οἴκαδε, *domum;*

Οὐρανόσε, *in cœlum;*

Ἀθήναζε, *Athenas.*

Δε ita additur accusativis cùm substantivorum, tum adjectivorum: ut,

Ὅνδε δόμονδε· *suam ad domum:*

et genitivo, per Eclipsin; ut,

Ἀΐδοσδε κατῆλθον· *ad orcum descenderunt.*

IV. In θεν, * et θε, pro de loco: ut,

Οἴκοθεν, *domo.*

Εὐβοίηθε κατήεις, *ab Eubœâ descenderas.*

Adverbia.

Adverbia loci, temporis, numerandi, ſeparandi, copulandi, ordinis, causæ, comparationis, et indignationis, genitivum post se recipiunt. †

Ἅμα et ὁμȣ̃, gaudent dativo.

Μὰ et νὴ, jurandi, accusativo gaudent: ut,

Μὰ Δία, *non per Jovem;*

Νὴ Δία, *ita per Jovem.* ‡

---

* Hæc verò terminatio ad personas etiam pertinet; ut, Πατρόθεν, *à Patre.*

† Μεσφὰ vel μεσφὶ, gen. et accus.—σχεδὸν, ἄγχι, ἑξῆς, πλησίον, gen. et dat.

‡ Ναὶ ante μὰ perimit negationem; ut, Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, *per hoc sceptrum.*

*Ω omnibus casibus, præterquam dativo, inservit; et est admirantis, vel dolentis.

Ὦ circumflexum cum nominativo et vocativo construitur; et est vocantis, vel exclamantis.

Aliquando ſolus genitivus ponitur, omisso adverbio: ut,

Τῆς τύχης, pro ὦ τῆς τύχης, * *O fortunam!*

Regulæ.

Duæ aut plures negativæ apud Græcos plerumque vehementiùs negant.

Οὕτω ante consonantes, ὅτως, et ὅτωσιν, ante vocales locum habent.

Optandi particulæ αἰ, αἴθε, εἰ, εἴθε, et ὡς, præponuntur præt. imperf. ὤφειλον, sive ὄφειλον, et aor. 2. ὤφελον, sive ὄφελον, sequente infinitivo; ut,

Ἤλυθες ἐκ πολέμου, ὡς ὤφελες αὐτόθ᾽ ὀλέσθαι·

Venisti ex pugnâ, utinam ibi periisses.

Ἕως, pro *quamdiù*, gaudet omnibus modis, præterquam imperativo.

Ὅταν subjunctivo, ὁπόταν optativo gaudet.

Conjunctiones.

Subjunctivo junguntur conjunctiones, ἐὰν, ἐπειδὰν, ἵνα, ὄφρα, ὅπως, ὅταν, ὁπόταν, κἂν, et ἂν pro *licet.*

---

* Vide P. 137.

῞Οπως, pro πῶς, indicativo.

῞Οτι, *quòd*, gaudet indicativo, et aliquando optativo, et subjunctivo: sic διότι, καθότι.

Ἐπεὶ, et ἐπειδὴ, gaudent indicativo et infinitivo.

Ἐφ᾽ ᾧ, *ob quod, propter quod*, indicativo et infinitivo.

Ὡς, et ὥστε, subjunctivis et infinitivis inserviunt.

Εἰ præcipuè indicativi præteritis, aliquando subjunctivo annectitur.

Ἂν potest præponi, et postponi: cùm accipitur,

I. Δυνητικῶς, omnibus modis inservit, nisi imperativo:

II. Indefinitè, subjunctivo construitur, aliquando optativo.

Ἂν sæpissimè redundat, aliquando deest.

Ἂν præteritis perfectis nunquam adjungitur.

Præpositiones.

Præpositiones ſunt octodecim.

I. Sex Monosyllabæ:

II. Duodecim Dissyllabæ.

I. Monosyllabæ sunt, εἰς, ἐκ, ἐν, πρὸ, πρὸς, σὺν.

1. Εἰς, Atticè ἐς,

soli Accusativo jungitur;

Erga;

Erga; ut, εἰς ἐμὲ εὔνοια· *erga me benevolentia:*

in, vel *ad;* { ut, ἀφίκετο ἐς τὴν Φρυγίαν· *in Phrygiam venit:*
ut, εἰς εὐωχίαν ἔρχομαι· *ad convivium venio:* }

propter; ut, εἰς δικαιοσύνην ἐπαινεῖται· *propter justitiam laudatur:*

adversus; ut, τὰ ἐγκλήματα ἐς τοὺς Ἀθηναίους· *crimina adversus Athenienses:*

pro; ut, εἰς ἡμετέραν δύναμιν· *pro viribus nostris:*

usque ad; ut, δείκνυται καὶ ἐς ἐμὲ τὸ μνῆμα· *ad meam usque ætatem ostenditur sepulchrum:*

apud; ut, διαβεβλημένος εἰς τοὺς Μακεδόνας· *infamis apud Macedonas:*

intra; ut, εἰς ἕκτην ἡμέραν πραχθήσεται· *intra sextam diem transigetur.*

Sed per Eclipsin, *Genitivo;* ut, εἰς ᾅδου (subaudi οἶκον) *ad domum Plutonis.*

Composita *in* significat; ut, εἰσάλλομαι, *insilio;* εἰσβάλλω, *injicio.*

II. Ἐκ, sed ante vocalem ἐξ,

solo GENITIVO gaudet;

A; ut, τιμὴ ἐκ Διός ἐστι· *honor ab Jove est:*

ex; ut, ἐξ Ἀττικῆς ἰών· *ex Atticâ profectus:*

post; ut, ἐξ ἀρίστου προῆγε τὸ στράτευμα· *post prandium exercitum produxit:*

pro; ut, ἐκ τῶν ἐνόντων· *pro facultatibus:*

per; ut, ἐκ τῆς οὐρᾶς λαμβάνεσθαι· *per caudam prehendere.*

In Compositione auget; ut, ἐκθαῤῥέω, *valdè confido;* et idem significat quod *extra;* ut, ἐκβάλλω, *ejicio.*

III. Ἐν, poëticè ἐνὶ,

soli DATIVO jungitur; *

In; ut, ἐν οἴκῳ· *in domo:*

inter: ut, ἐνὶ προμάχοισι μάχεσθαι· *inter primos pugnatores pugnare:*

coram; ut, ἐν τοσούτοις μάρτυσι· *coram tot testibus:*

per; ἐν υἱῷ ἡμῖν ἐλάλησε· *per filium nobis locutus est:*

adversus; ut, ἐν ἐμοὶ θρασύς· *audax adversus me:*

in, cum acc. ut, ἐν χερσὶ πεσεῖν· *in manus incidere:*

ad; ut, ἐῤῥιμμένος ἐν ποσὶ· *prostratus ad pedes.*

Sed per Eclipsin *Genitivo;* ut, ἐν ᾅδου (subaudi οἴκῳ) *in domo Plutonis.*

Composita *in* significat; ut, ἔνειμι, *insum;* ἐμβάλλω, *injicio.*

---

* Οἱ ἐν τῷ τέλει· *magistratus;* οἱ ἐν χρῷ φίλοι· *intimi amici.*

IV. Πρὸ,

soli GENITIVO jungitur;

Ante; ut, πρὸ θυρῶν· *ante fores:*

pro; ut, πρό τε παίδων, καὶ πρὸ γυναικῶν· *pro liberis, et uxoribus:*

coram; ut, πρὸ τοῦ βασιλέως· *coram rege:*

præ; ἐπαινεῖν πρὸ δικαιοσύνης ἀδικίαν· *præ justitiâ injustitiam laudare.*

Composita *præ* significat: ut, προέχω, *præcedo,* προβάλλω, *præpono.*

V. Πρὸς,

GENITIVO,* DATIVO, et ACCUSATIVO, jungitur.

CUM GENITIVO significat,

A, ab; ut, πρὸς Διός εἰσιν ἅπαντες· *à Jove sunt omnes:*

coram; ut πρὸς Θεοῦ καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀναίτιος· *coram Deo et hominibus innocens:*

adversus; ut, πρὸς ἀνδρὸς ἐχθροῦ ἐπιφέρων τὴν ψῆφον· *adversus hominem inimicum suffragium ferens:*

per, in obtestando: ut, πρὸς Διὸς φράσον· *oro te per Jovem ut mihi dicas:*

---

* Οἱ πρὸς πατρὸς· *paterni generis propinqui;* οἱ πρὸς αἵματος· *consanguinei.*

officium;

officium; ut, ἐκ ἔςι πρὸς φιλοσόφε· *non est philosophi:*

juxta; ut, πρὸς Θύμβρης ἔλαχον Λύκιοι· *juxta Thymbram obtinent Lycii.*

cum Dativo,

Juxta; ut, ἔκειντο πρὸς τοῖς ποσὶν αὐτε. *juxta pedes ejus jacebant;*

præter; ut, πρὸς τοῖς εἰρημένοις· *præter dicta;*

in; ut, ἦμεν πρὸς τῷδε τῷ λόγῳ· *hoc in sermone versabamur:*

in, cum acc. ut, ἔβαψας ἔγχος πρὸς ςρατῷ· *in exercitum hastam intinxisti.*

cum Accusativo,

Ad; ut, ἦλυθ' ἐμὰ πρὸς δώματ'· *ad meas ædes venit:*

præ; ut, πρὸς τὰ νυνὶ δεινὰ· *præ calamitatibus præsentibus:*

pro; ut, πρὸς ἀξίαν ἑκάςοις διανεῖμαι· *singulis pro cujusque dignitate divisisse:*

inter; ut, πρὸς ἀλλήλες διαλλάτ]εσθαι· *inter se reconciliari:*

propter; ut, πρὸς καταδίκας τὴν ἐπιτιμίαν ἀπολωλεκώς· *qui propter condemnationem dignitatem amiserat:*

contra; ut, πρὸς Ῥωμαίες μάχεσθαι· *contra Romanos pugnare:*

cum;

cum; ut, πρὸς βασιλέα γενόμεναι συνθῆκαι· *cum rege percussa fœdera:*

apud; ut, πρὸς ἑαυτὸν σκεψάμενος· *cùm apud se cogitâsset.*

Composita significat *ad;* ut, προσέρχομαι, *adeo;* προσβάλλω, *adjicio.*

VI. Σὺν, Atticè ξὺν,

semper DATIVO jungitur.

Cum; ut, ςαυρῦνται σὺν αὐτῷ δύο λῃςαὶ· *duo latrones cum eo crucifiguntur:*

secundùm; ut, σὺν τῷ νόμῳ τὴν ψῆφον τίθεσθαι· *secundùm legem judicium ferre.*

Composita conjungit; ut, συμβάλλω, *conjicio;* σύνδουλος, *conservus.*

II. DISSYLLABÆ sunt, ἀμφὶ, ἀνὰ, ἀντὶ, ἀπὸ, διὰ, ἐπὶ, κατὰ, μετὰ, παρὰ, περὶ, ὑπὲρ, ὑπὸ.

I. Ἀμφὶ,

GENITIVO, DATIVO, et ACCUSATIVO jungitur.

Cum GENITIVO significat,

De; ut, ἀμφὶ ἀςέρων ἡ γραφὴ· *de astris hæc scriptio est:*

circa; ut, ἀμφὶ πόλιος οἰκῦσι· *circa urbem habitant:*

propter; ut, μάχεσθον πίδακος ἀμφ' ὀλίγης· *propter fontem exiguum decertant:*

per,

per, in obtestando; ut, Φοῖβε ἀμφι λίσσομαι· *per Phœbum oro.*

cum DATIVO, fere apud Poëtas,

Circum; ut, ἀμφ' ὤμοις βάλετο ξίφος· *circum humeros jecit ensem:*

de; ut, ἀμφὶ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διξὸς ἐκφέρεται λόγος· *de ejus morte duplex vulgatur fama:*

juxta; ut, ἤριπεν ἀμφ' αὐτῷ· *cecidit juxta ipsum:*

propter; ut, ἀμφ' Ὀδυσσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ· *propter Ulyssem bellicosum cruciatur cor:*

contra; ut, λόγους ἀνέσπα ἀμφ' Ὀδυσσεῖ· *verba attollebat contra Ulyssem.*

cum ACCUSATIVO,*

Circa; ut, ἀμφὶ κάμινον ἔχω· *circa fornacem versor:*

propter; ut, νεῖκος ἐτύχθη ἀμφὶ βοηλασίην· *propter boum abactionem certamen ortum est:*

versus; ut, ἀμφ' ἅλα ἔλσαι Ἀχαιοὺς· *versus mare Achivos pellere:*

de; ut, νόμοι ἀμφί τι καθεστῶτες· *leges de re aliquá latæ:*

circiter; ut, ἡμέρα ἤδη ἀμφὶ τὸ λυκαυγὲς· *dies jam circiter diluculum est.*

---

* Οἱ ἀμφὶ Κῦρον *Cyrus cum suis;* Οἱ ἀμφὶ Κορινθίους, *Corinthii.*

Composita

Composita significat,

Circum; ut, ἀμφιβάλλω, *circumjicio:* *augmentum;* ut, ἀμφῆλιξ, *adultus.*

II. Ἀνὰ,

soli Accusativo jungitur, et significat,

per; ut, ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα Θεοῖο· *per exercitum ibant sagittæ Dei:*

apud; ut, ἄγειρα χρήματ' ἀν' Αἰγυπτίους· *apud Ægyptios pecuniam coëgi:*

in; ut, ἀνὰ στόμα ἔχειν· *in ore habere:*

super; ut, θῆκεν ἀνὰ μυρίκην· *posuit super myricam:*

secundùm; ut, ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον· *secundùm eundem modum:*

inter; ut συνομόσας ἀνὰ πρώτους· *qui primos inter conjuraverat:*

adversus; ut, ἀνὰ ποτάμον πλέειν· *adversus flumen navigare:*

æqualem distributionem; ut, ἀνὰ δηνάριον ἔλαβον· *acceperunt singuli denarium.*

Sed poëticè Dativo,

super; ut, εὗδε πατὴρ ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ· *dormiebat pater super Gargarum summum:*

Et rarissimè GENITIVO,

in; ut, ἀνὰ νηὸς ἔβη· *in navem ascendit.*

In Compositione significat,

Iterationem; ut, ἀναβλαστάνω, *repullulo:*
retro; ut, ἀνέλκω, *retraho:*
sursum; ut, ἀναβάλλω, *sursum tollo:*
ad; ut, ἀνάκειμαι, *accumbo:*
dis; ut, ἀνακρίνω, *dijudico:*
clam; ut, ἀναρπάζω, *surripio.*

Alias inducit significationes; ut, ἀναγινώσκω, *lego:* ἀναίρω, *interficio.*

III. Ἀντὶ,

GENITIVO soli jungitur, et significat,

Pro; ut, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ· *oculum pro oculo:*
præ; ut, ἀντὶ χρημάτων ἑλέσθαι· *præ divitiis eligere:*
instar; ut ἀντὶ πολλῶν λαῶν ἐστι· *instar multarum copiarum est:*
propter; ut, ἀντὶ ποίας ἀρετῆς ἀξιῶ τιμᾶσθαι· *propter quam virtutem me honore dignum esse censeam:*
contra; ut, ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς ἴτω· *vir contra virum eat.*

Composita

Composita significat,

Æqualitatem; ut, ἀντίθεος, *instar Dei:*
vicem; ut, ἀνθύπατος, *proconsul:*
contra, vel *adversus;* ut, ἀντιλέγω, *contradico;* ἀντιβάλλω, *ex adverso jacio:*

Alias inducit significationes; ut, ἀντιποιέομαι, *vendico,* &c.

IV. Ἀπὸ,*

cum GENITIVO solo, significat,

A, ab; ut, ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους· *à principio usque ad finem:* †
è; ut, ἀπὸ τοῦ τείχεος μάχεσθαι· *pugnare è muro:*
de; ut, ἀπὸ τῶν σῶν δειπνῶ· *cœno de tuo:*
præ; ut, εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης· *illos præ tristitiâ dormientes invenit:*
post; ut, ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο· (sc. δείπνου) *post cœnam verò se armabant:*
per; ut, τόξου ἀπὸ κρατεροῦ ὀλέκοντα· *per arcum fortem interimentem:*
absque; ut, αὐλίζεσθαι ἀπὸ τῶν ὅπλων· *stationem habere absque armis:*

---

* Οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς· *Stoici;* Οἱ ἀπὸ τῆς ὑπατείας· *Consulares viri.*
† Ἀπὸ, *ab,* inanimatis *propriè* jungitur, ut, ἀπ' Ἀθηνῶν, *ab Athenis:* παρὰ verò animatis, ut, παρὰ Σωκράτους· *à Socrate.*

procul à; ut, μένων ἀπὸ * ἧς ἀλόχοιο ἀσχαλάα· *manens procul à suâ uxore ægrè fert.*

In Compositione significat,

A; ut, ἀποϐάλλω, *abjicio:*
intus; ut, ἀποςέγω, *intus coerceo:*
ex; ut, ἀπελπίζω, *ex aliquo spero:*
privationem; ut, ἀπογενόμενος, *privatus vitâ:*
rursus; ut, ἀποκαθίζομαι, *rursus sedeo:*
contrarium; ut, ἀποκαλύπτω, *revelo;* ἀπεύχομαι, *deprecor.*

Alias inducit significationes; ut, ἀποκρίνομαι, *respondeo,* &c.

V. Διὰ,

GENITIVUM vel ACCUSATIVUM regit.

GENITIVUM,

Per, denotans locum; ut, δι' ἄλλης ὁδȣ̃ ἀνεχώρησαν· *per aliam viam reversi sunt:*
per, denotans causam, &c. ut, δι' ἀνθρώπȣ ὁ θάνατος· *per hominem mors:*
à; ut, διὰ τȣ̃ Πνεύματος δίδοται· *à Spiritu datur:*

---

* At accentum hîc et in similibus locis retrahunt Grammatici, et ἄπο pro ἄποθεν sumi volunt. Sic ἄπο γνώμης et ἀπὸ γνώμης contrario planè sensu legimus: illud enim *non ex sententiâ,* hoc verò *ex sententiâ* significat. Vide *Budæum, Stephanum, Vigerum,* &c.

ad; ut, διὰ μάχης ἰέναι· *ad pugnam ire:*

inter; ut, ἔπρεπε καὶ διὰ πάντων· *excellebat etiam inter omnes:*

usque ad; ut, διὰ τέλους τοῦτο ἐπεμαρτύρατο· *usque ad finem constanter hoc testatus est:*

in; ut, διὰ χειρὸς ἔχω· *in manu habeo:*

ex; ut, βρώματα διὰ γάλακτος καὶ μέλιτος γενόμενα· *cibi ex lacte et melle confecti:*

*propter;** ut, δι ἡμῶν τὴν ἀνθρωπότητα ὑπέστη ὁ Θεὸς· *propter nos Deus homo factus est.*

Significat etiam,

intervallum temporis; ut, διὰ χρόνου ἑωράκειν αὐτὸν· *longo intervallo eum videram:*

intervallum loci; ut, διὰ πόλλου φυτεύειν· *longis interstitiis conserere.* †

Accusativum,

Propter; ut, τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο· *sabbatum propter hominem factum est:*

per, denotans locum; ut, διὰ τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα· *per arma et nigrum sanguinem:*

per, denotans causam, &c. ut, ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου· *vicerunt eum per sanguinem Agni.*

---

* Rarissimè.

† Οἱ διὰ πλείστου· *remotissimi.*

Composita

Composita significat,

Dis; ut, διαφωνέω, *dissono:*
trans; ut, διαβάλλω, *trajicio:*
per medium; ut, διεκπλέω, *per mediam classem hostium erumpo:*
continuationem; ut, διαμένω, *constanter maneo:*
augmentum; ut, διαισθάνομαι, *persentisco.*

Alias inducit significationes; ut, διαφέρω, *excello*, &c.

VI. Ἐπὶ,

Inservit GENITIVO,* DATIVO, et ACCUSATIVO.

GENITIVO.

In; ut, ἐπὶ ξένης εἶναι· *in peregrinâ regione esse:*
super; ut, φέρε δὴ δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτȣ̃· *affer jam sedem, et pellem super ipsam:*
penes; ut, ἐπὶ δήμȣ ἐςὶ· *penes populum est:*
coram, vel *apud*; ut, γράψομαί σε παρανόμων ἐπὶ τȣ̃ Ῥαδαμάνθυος· *apud Rhadamanthum te legum violatarum accusabo:*
de; ut, ἐπὶ τȣ̃ καλȣ̃ λέγων παιδὸς· *de formoso puero loquens:*
ad, vel *in*; ut, τόν κεν ἄγοιμ' ἐπὶ νηὸς· *hunc ducam in navem:*

---

* Οἱ ἐπὶ τῶν εὐθυνῶν λόγων· *ii qui sunt à publicis rationibus:* Ὁ ἐπὶ τȣ̃ ταμιείȣ· *Quæstor.*

DATIVO,

DATIVO,

Super; ut, ἐπὶ κρηπῖδι ὁ τοῖχος ἵστηκε· *super crepidine murus stetit:*

adversus; ut, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι· *adversus Trojanos pugnare:*

ad vel *in;* ut, βαίνεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης· *egrediebantur in littus maris:*

propter; ut, φθόνος, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· *Invidentia est ægritudo propter alterius res secundas:*

penes; ut, ἐπὶ τοῖς δημόταις ἐστὶν· *penes plebem est:*

apud, vel *juxta;* ut, ἡ ἐπὶ Λοκροῖς νῆσος· *juxta Locros insula:*

in; ut, μέτρον ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον· *mediocritas in omnibus optima:*

post; ut, ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις παρείποντο· *alii post alios sequebantur:*

ACCUSATIVO,

Ad; ut, Εἴτ' ἐπὶ δέξι' ἴωσι· *sive ad dextram eant:*

per, vel *super;* ἴμεν πολλὴν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν· *ire super multam immensam terram:*

usque ad; ut, νοσήσαντα ἐπὶ θάνατον· *ægrotantem usque ad mortem:*

 inter;

inter; ut, εὔκλειή τ' ἀρετή τε εἴη ἐπ' ἀνθρώπους· *bona fama virtutisque nomen esset inter homines:*

contra; ut, ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν· *conabatur Atheniensium iram contra se susceptam mollire:*

*temporis durationem;** ut, ἐδῄουν τὴν γῆν ἐπὶ δύο ἡμέρας· *vastârunt agrum per biduum.*

Composita significat,

In, vel *super;* ut, ἐπιβάλλω, *injicio* vel *superinjicio:*

contra; ut, ἐπανίσαμαι, *surgo contra:*

post; ut, ἐπιμηθεύομαι, *post factum consulo:*

imminutionem; ut, ἐπίλευκος, *aliquantùm albus.*

Alias inducit significationes; ut, ἐπιτιμάω, *reprehendo;* ἐπιτρέπω, *permitto,* &c.

VII. Κατὰ,

Inservit Genitivo et Accusativo.

Genitivo,

A, ab; ut, βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων· *descendit autem ab Idæis montibus:*

adversus; ut, λόγος κατὰ Μειδίου· *oratio adversus Midiam:*

de; ut, πολὺς ἔπαινος ἦν κατὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως· *multa de nostrâ civitate in ejus laudem memorabantur:*

---

* ἐπ' ἐμὲ, *usque ad meam ætatem:* ἐπὶ πατέρας, *usque ad patrum memoriam.*

ad

ad vel *in*; ut, κατὰ σκοπȢ τοξεύειν· *in scopum sagittas dirigere:*

è vel *de*; ut, κατὰ πετράων βαλέειν· *de rupe dejicere:*

sub; ut, κατὰ γῆς ἀποπέμπω· *sub terram mitto:*

per; ut, διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰȣδαίας· *per universam Judæam docens:*

per, in jurando; ut, ὁ Θεὸς ὤμοσε καθ' ἑαυτȢ· *Deus per seipsum juravit:*

super; ut, κατέχεεν αὐτȢ κατὰ τῆς κεφαλῆς· *super ejus caput effudit.*

DATIVO, apud Poëtas * solùm,

A, ab; ut, κατὰ δέ σφι κελαινὸν αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζε· *ab ipsis verò niger sanguis in terram stillabat:*

intra; ut, κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ· *intra haras concludebat:*

inter; ut, δασόμεσθα κατὰ σφίσι· *inter illos dividemus.*

ACCUSATIVO, †

Secundum; ut, κατ' εἰκόνα ΘεȢ ἐποίησεν αὐτὸν· *secundum Dei imaginem eum fecit:*

---

* Et apud eos rariùs.

† Οἱ κατ' οἶκον· *familia:* οἱ κατὰ γένος· *consanguinei;* οἱ κατ' ἀγορὰν· *causidici.*

ad vel *in;* ut, κατ' αὐτὲς αἰὲν ὅρα· *in ipsos usque aspiciebat:*

apud; ut, τὰ κατ' Ἀμπρακίαν ὅτως ἐγένετο· *res apud Ambraciam gestæ hunc exitum habuerunt:*

propter; ut, ὐδ' αὖ, κατὰ πενίαν, κεκώλυται· *neque contra, propter paupertatem, arcetur:*

per; ut, καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων· *per totam urbem prædicans:*

circa; ut, οἱ καθ' ὑπεροχὴν νόμοι· *leges quæ sunt circa excessum:*

in vel *inter;* ut, κατὰ ῥωπήϊα πυκνὰ κείμεθα· *inter virgulta densa jacebamus:*

è regione; ut, κεῖται ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀκαρνανίαν· *Cephallenia sita est è regione Acarnaniæ:*

circiter; ut, κατὰ ἐννεακόσια ἔτη· *circiter nongentos annos:*

pro; ut, κατὰ τὴν ὑπάρχυσαν ὐσίαν· *pro facultatibus.*

Composita significat,

De vel *deorsum;* ut, καταβάλλω, *dejicio;* καταβαίνω, *descendo:*

contra; ut, κατάλαλος, *oblocutor:*

augmentum; ut, καταφάγω, *avidè deglutio.*

VIII. Μετὰ,

VIII. Μετὰ,

GENITIVUM, DATIVUM, et ACCUSATIVUM post se habet.

GENITIVUM,*

Cum; ut, μετ' ἄλλων λέξο ἑταίρων· *cum cæteris sociis cuba:*

erga; ut, ἐμεγάλυνεν ὁ Κύριος ἔλεος αὐτȣ̃ μετ' αὐτῆς· *misericordiam suam erga illam Dominus magnificavit.*

DATIVUM, ferè apud Poëtas,

in; ut, Στῆ δὲ κέρας μετὰ χερσὶν ἔχων· *ſtetit autem cornu in manibus tenens:*

inter; ut, θοὸς ἔσκε μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι· *impiger erat inter primos pugnare:*

cum; ut, ἀρθμὸν ἔθεντο μετὰ σφίσι· *fœdus cum iis inierunt.*

ACCUSATIVUM,

post; ut, μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία· *post bellum auxilium:*

in, cum acc. ut, Ὅς με μετ' ἀπρήκτȣς ἔριδας καὶ νείκεα βάλλει· *Qui me in vanas lites et jurgia conjicit:*

---

* Οἱ μετ' Ἀχιλλέως· *socii Achillis.*

in, cum abl. ut, ἃ μετὰ χεῖρας ἔχοι, καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε· *quæ in manibus habebat, ea etiam explicare poterat:*

contra; ut, ἦ τι μετ' ἀθανάτους ἤλιτεν· *utique contra immortales peccavit:*

ad; ut, ἐς στρατὸν ἐλθὲ μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς· *ad exercitum vade ad Trojanos et Achivos:*

inter; ut, μεθ' ὁμήλικας ἔμμεν' ἄριστον· *inter coætaneos esse optimum:*

præter; ut, εἴσεαι οἷοι καὶ Δαναοῖσιν ἀριστῆες μετέασι, καὶ μετ' Ἀχιλλῆα· *scies quales etiam Danais principes, etiam præter Achillem, intersint.*

In Compositione significat,

Inter; ut, μέτειμι, *insum;* μετάγγελος, *internuntius:*

trans; ut, μεταβαίνω, *transgredior:*

cum; ut, μετέχω, *cum alio habeo:*

ad; ut, μετακαλέω, *advoco:*

mutationem; ut, μεταγινώσκω, *sententiam muto.*

IX. Παρὰ,

Genitivo, Dativo, et Accusativo jungitur.

Cum Genitivo * significat,

A; ut, παρὰ Κυρίου ἡ βοήθεια· *à Domino auxilium:*

* Οἱ παρά σου· *nuntii tui;* τὰ παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου· *Alcibiadis mandata.*

apud;

apud; ut, δαπανήσασα τὰ ϖαρ' ἑαυτῆς ϖάντα· *insumens omnia quæ apud se erant.*

cum Dativo,

Apud; ut, ϖαρὰ τοῖς ἀνθρώποις τȣ̃το ἀδύνατόν ἐϛι· *apud homines hoc impossibile est:*

ad; ut, ἰέναι ϖαρὰ Τισσαφέρνει· *ire ad Tissaphernem:*

juxta; ut, ϖαρ' ἀνέρι τῷδε δαμῆναι· *juxta hunc virum domari:*

penes; ut, ϖαρ' ἑαυτῷ ἔχει· *penes se habet.*

cum Accusativo,*

Ad; ut, τὼ δ' αὖτις ἴτην ϖαρὰ νῆας Ἀχαιῶν· *illi autem ad naves Achivorum redibant:*

juxta: ut, βῆ δ' ἀκέων ϖαρὰ θῖνα· *et ibat tacitus juxta littus:*

per; ut, ϖαρ' ὅλον τὸν βίον· *per totam vitam:*

trans; ut, χώραν ἀπένειμε ϖαρὰ τὸν Ἀνίηνα ϖοταμὸν· *trans Anienem fluvium agrum assignavit:*

propter; ut, οἱ δὲ εὐέλπιδές εἰσὶ ϖαρὰ τὴν ἐμπειρίαν· *hi verò bonâ spe sunt propter experientiam:*

supra; ut, οἱ ϖαρὰ δύναμιν ϖρόθυμοι ἐς τȣ̀ς Ἕλληνας· *qui supra vires optimè de Græcis meriti sumus:*

---

* A Grammaticis usurpatur pro *ab;* veluti cùm tradunt, Δημοσθένης esse dictum ϖαρὰ τὸ σθένος, i. e. à voce σθένος derivari.

præ;

præ; ut, παρ' ἑαυτὸν μηδένα ἐπιτήδειον ἡγεῖτο· *præ se aptum neminem putabat:*

præter vel *contra;* ut, παρὰ τὸν νόμον κρίνων· *contra legem judicans:*

inter; ut, παρὰ τὸν πλοῦν· *inter navigandum:*

penes; ut, τὸ παρ' ἡμᾶς· *quod penes nos est:*

infra; ut, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· *ipsum paululum infra angelos minuisti:*

*temporis intermissionem;** ut, παρὰ μῆνα τρίτον· *tertio quoque mense.*

In Compositione significat,

Ad; ut, παραλαμβάνω, *adsumo;*

perperam; ut, παρακούω, *perperam audio:*

simul; ut, παραδυναστεύω, *simul regno:*

clam; ut, παρεμβάλλω, *clam interjicio:*

temerè; ut, παρακινδυνεύω, *temerè periclitor:*

trans vel *præter;* ut, παρέρχομαι, *transeo;* παραπλέω, *præternavigo:*

comparationem; ut, παράλληλα, *inter se comparata:*

contrarium; ut, παράνομος, *contra leges faciens;* παρανθέω, *defloresco:*

diminutionem; ut, πάρεγγυς, *propiuscule:*

augmentum; ut, παραθαρσύνω, *fiduciam augeo.*

---

* Ὁ παρ' ἡμέραν πυρετός· *febris tertiana.*

x. Περὶ,

Genitivo, Dativo, Accusativo inservit.

Genitivo,

De; ut, δῆριν ἔχον περὶ πιπτόντων· *contentionem de cadentibus habebant:*

pro; ut, περὶ πάτρης τεθνάμεν· *pro patriâ mori:*

propter; ut, τυραννίδος περὶ κάλλιστον ἀδικεῖν· *propter tyrannidem pulcherrimum est injustè facere.*

circùm; ut, τετάνυστο περὶ σπείους γλαφυροῖο ἡμερίς· *circùm speluncam cavam vitis extensa est:*

præ; ut, ὀϊζυρὸς περὶ πάντων ἔπλεο· *præ omnibus ærumnosus es.*

Dativo,

Circum; ut, ἔνδυνε περὶ στήθεσσι χιτῶνα· *circum pectus tunicam induit:*

de; ut, ἔδεισεν δὲ περὶ ξανθῷ Μενελάῳ· *timuit enim de flavo Menelao:*

ex; ut, ὃν περὶ κῆρι φιλῶ· *quem ex animo amo:*

*in;** ut, περὶ ῥοδέεσσιν ἐέρση τήκεται· *ros in rosis liquescit:*

*in,** cum accus. ut, πίπτοντα περὶ σφίσι· *in sese cadentia:*

---

* At in latiore sensu τοῦ *circum* utraque significatio includi videtur.

Accusativo,

ACCUSATIVO,*

Circa; ut, τέτες ἀγαπᾷ, καὶ περὶ αὑτὸν ἔχει· *hos amat, et circa se habet;*

circiter; ut, περὶ ἑβδομήκοντα ναῦς· *circiter septuaginta naves:*

erga; ut, ἡ περὶ τὲς θεὲς εὐσέβεια· *pietas erga Deos:*

adversus; ut, περὶ τὲς σαυτε̃ γονέας κακοεργεῖν· *adversus tuos parentes malè facere.*

Composita significat,

Circum; ut, περιβάλλω, *circumjicio;* περιπατέω, *obambulo:*

augmentum; ut, περιτίω, *valdè honoro;* περίλυπος, *admodum tristis:*

excellentiam; ut, περιγίγνομαι, *præsto;* περίφρων, *sapiens.*

XI. Ὑπὲρ,

GENITIVUM et ACCUSATIVUM regit.

GENITIVUM.

Pro; ut, ὑπὲρ σε̃ λαλῶ· *pro te loquor:*

de; ut, ὑπὲρ πασῶν γράψαι ἐκ ἐγχωρεῖ· *de omnibus scribendi non locus est:*

---

* Οἱ περὶ Πλάτωνα· *Plato* vel *Platonici;* Οἱ περὶ τὴν φύσιν· *Physiologi;* Οἱ περὶ τὴν ποίησιν· *Poëtæ;* τὰ περὶ ἐμὲ, *res meæ.*

supra;

supra; ut, Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς· *stetit autem supra caput:*

propter; ut, ὑπὲρ εὐδοξίας ἤθελον τοῖς δεινοῖς αὐτοὺς διδόναι· *propter gloriam se periculis objicere voluerunt:*

præ; ut, ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίας· *præ singulari reipublicæ studio:*

per, in obtestando; ut, λίσσομ' ὑπὲρ μακάρων· *oro per Deos.*

ACCUSATIVUM,

Ultra vel *trans;* ut, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷς· *lineam transilis:*

supra; ut, ὑπὲρ ἐξήκοντα ἔτη γεγονώς· *supra sexaginta annos natus:*

præter vel *contra;* ut, ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι· *præter fatum calamitates patiuntur.*

In Compositione significat,

Pro; ut, ὑπερμάχομαι, *propugno:*

præ vel *trans;* ut, ὑπερθέω, *præcurro;* ὑπερβαίνω, *transgredior:*

super; ut, ὑπερέχω, *superemineo;* ὑπέρθυρον, *superliminar:*

augmentum; ut, ὑπερμαίνομαι, *vehementer insanio;* ὑπερασθενής, *valde infirmus.*

XII. Ὑπὸ,

Jungitur GENITIVO, DATIVO, et ACCUSATIVO.

GENITIVO,

A, ab; ut, τύπτομαι ὑπ' αὐτȣ͂· *verberor ab ipso:*

sub; ut, τρύβλιον ᾤχετο ὑπὸ μάλης ἔχων· *patellam sub alâ occultans abiit:*

præ; ut, ὑπ' ἐνδείας ȣ᾽κ ἔχω, ὅ, τι ἂν μοι χρήσωμαι· *præ penuriâ, quid agam, nescio:*

ex; ut, κῦμα θοῇ ἐν νηῒ πέσησι λάβρον ὑπαὶ νεφέων· *impetuosa unda è nubibus in velocem navem illiserit:*

per; ut, ὑπ' αὐτȣ͂ ȣ᾽δὲ φρονεῖν ἡμῖν ἐγγίγνεται· *per ipsum ne sapere quidem nobis licet:*

ob vel *propter;* ut, ὑφ' ἧς δοκȣ͂σι κύνες ἀπέχεσθαι τῶν διοβλήτων σωμάτων· *ob quem* (odorem) *videntur canes abstinere cadaveribus fulmine percussis.*

DATIVO,

Sub; ut, ὑπὸ τῇ λεοντῇ πίθηκος· *sub pelle leoninâ simia:*

cum; ut, ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ· *ut cum bonâ famâ moriatur:*

à; ut, ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι· *à Trojanis domari:*

ex;

ex; ut, ἥ μιν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε· *quæ eum ex Anchise peperit:*

præ; ut, ἐκθανόντων αὐτῶν ὑπὸ καύματι· *ipsis præ æstu emortuis:*

ob vel *propter;* ut, ὑπὸ τῇ ποιήσει ἐπῃνεῖτο· *ob poësin laudabatur:*

in; ut, ἄλεισα καταχρύψασ' ὑπὸ κόλπῳ· *cùm in sinu pocula abscondisset.*

ACCUSATIVO,

Subter vel *sub;* ut, τὸν ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸν· *omne aurum quod supra subterque terram est:*

sub, tempus denotans; ut, ὑπὸ τὴν κατάλυσιν τοῦ πολέμου· *sub belli finem:*

ad; ut, αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε· *turpissimus utique vir ad Ilium venit.*

Composita significat,

Sub; ut, ὑποβάλλω, *subjicio:*

re; ut, ὑποστροφή, *reversio:*

diminutionem; ut, ὑποδείδω, *subvereor;* ὑπέρυθρος, *subruber:*

aliquid *clam* et *cum fraude* factum; ut, ὑπέρχομαι· *clam dolis aggredior;* ὑπάγομαι, *dolis inducor:*

Alias inducit significationes; ut, ὑποκρίνομαι, *simulo,* &c.

De Accentibus.

Regulæ quædam generales.

I. Si ultima fuerit longa, acutus erit in penultimâ: ut, Μισανθρώπȣ.

Exceptiones.

Caſus Ionici in primâ declinatione simplicium; ut, Αἰνείεω.

Casus Attici;* ut, Μενέλεως, ὅτεῳ, ὅτεων·†
et composita à γέλως, ut, φιλόγελως.

II. Si ultima ſyllaba sit brevis, accentus erit in antepenultimâ: ut, φιλάνθρωπος.

Exceptiones.

Participia præteriti passivi,‡ ut, δεδεγμένος.
Verbalia in έος, ut, οἰςέος.
Diminutiva in ισκος, et ιλος, et ιον;§ ut, νεανίσκος, ναυτίλος, παιδίον.

---

* Huc referantur ἀνώγεων, εὔγεως, κ. τ. λ.

† Nisi rectus sit oxytonus, tunc enim acuuntur in penultimâ; ut, βασιλεὺς, βασιλέως.

‡ Sin per figuram mutentur, retrahunt accentum; ut, δέγμενος. Vide Etym. Mag. in voce ἀκαχήμενος.

§ Quædam verò diminutiva in ιον in antepenultimâ acuuntur; ut, γνωμίδιον, πολίχνιον.

Quædam

Quædam nomina, ut, παρθένος, ὀλίγος, αἰγιαλὸς, ἀγαθός.

Dorici infinitivi, ut, ἀείδεν pro ἀείδειν.

Ionici infinitivi, ut, τραφέμεν pro τραφεῖν.

Poëtica in όφι, ut, αὐτόφι, δακρυόφι.

Et composita cum nomine à præterito medio, si activè capiantur; ut, μητροκτόνος, *matricida;* πρωτοτόκος, *primipara;* sin passivè, regulam generalem sequuntur, ut, μητρόκτονος, *à matre occisus;* πρωτότοκος, *primogenitus.*

III. Longa naturâ ante finalem brevem, et etiam ante positione longam, si tonum habuerit, circumflectitur: ut, σῶμα, κῆρυξ, φοῖνιξ.

IV. In contractione ex acuto et gravi, fit circumflexus: ut, ποιέεις, ποιεῖς.

Ex gravi et acuto, fit acutus: ut, ποιεέτω, ποιείτω.

Observatio.

Αι, et οι, diphthongi in fine dictionis in ratione accentuum, pro brevibus habentur; ut, μῦσαι, ἄνθρωποι· nisi in contractis syllabis, ut, Λητοῖ·

in pronomine οἶ·

in optativis, ut, ποιήσαι, εἴποι·

et in adverbiis, ut, οἴκοι, *domi,* οἶ, ποῖ, *ubi,* &c.

De Accentibus Nominum.

In tribus prioribus declinationibus nominum simplicium, si acutus sit in ultimâ syllabâ, genitivus et dativus circumflectitur in omnibus numeris: ut, Θεὸς, θεȣ͂, θεῷ, θεῶν, θεοῖς.

Acutus in reliquis casibus manet: ut, θεὸν, θεοὶ, θεȣ́ς.

Licet nominativus singularis circumflectatur, nominativus et accuſativus dualis nunquam circumflectuntur: ut,

Ὁ νȣ͂ς, dualiter τὼ νὼ· τὸ ὀςȣ͂ν, τὼ ὀςὼ.

Si accentus erit in penultimâ, ubique manebit: ut, Λόγος, λόγȣ, λόγῳ.

Excipe μία, ab εἷς, in genitivo μιᾶς, in dativo μιᾷ, cum compositis; et ἄμφω, et δύω, genitivo et dativo ἀμφοῖν, et δυοῖν.

Nomina composita cum particulis α, εὐ, δὺς, et δι, accentum retrahunt plerumque: ut,

Ἄγαμος, εὔπαις, δυσεύρετος, δίψυχος·

Et præpositionibus ὑπὸ, ἀντὶ, σὺν, περὶ, et κατὰ· ut,

Ὕπαυλος, ἀντίχριςος, σύνδȣλος, περίεργος, κατάσκοπος, &c.

Vel cum nominibus, ut, Φιλόσοφος.

Genitivus pluralis primæ et secundæ declinationis, in ultimâ circumflectitur, nisi in genitivis fœmininis

fœmininis adjectivorum, quæ descendunt à masculinis tertiæ declinationis: ut,

Μακάριος, μακαρίων.

Pauca quædam excipiuntur; ut,

Ὁ χλούνης, *agrestis*, Genitivus τῶν χλούνων;

Ὁ χρήστης, *fœnerator*, τῶν χρήστων.

In quintâ declinatione.

I. Acutus in ultimâ recti erit in penultimâ obliquorum: ut,

Τριὰς, τριάδος, τριάδι· nisi in γυναικὸς, γυναικὶ· οὐδενὸς, οὐδενὶ· et μηδενὸς, μηδενὶ· sin penultima fuerit longa naturâ, circumflectitur, quoties ultima sit brevis, aut anceps: ut,

Σωτὴρ, σωτῆρος.

Hæc nomina, δαὴρ, ἀνὴρ, θυγάτηρ, πατὴρ, εἰνάτηρ, σωτὴρ, Δημήτηρ, accentum in vocativo retrahunt: ut,

Ὦ δᾶερ, ἄνερ, θύγατερ, πάτερ, εἴνατερ, σῶτερ, Δήμητερ· et plurima nomina primæ declinationis contractorum: ut,

Ὁ Ἀπολλοφανὴς, ὦ Ἀπολλόφανες· ὁ συγγενὴς, ὦ σύγγενες.

II. In nominibus μήτηρ et θυγάτηρ, per omnes casus, excepto vocativo singulari, acutus est in penultimâ: ut,

Μητέρος, μητέρι, μητέρα· θυγατέρος, θυγατέρι, θυγατράσι, &c. nisi Syncopen passa fuerint; tunc enim

in

in genitivis, et dativis, in ultimâ accentus est: ut,

Μητρὸς, μητρὶ· θυγατρὸς, θυγατρί.

In nominativis autem, accusativis, et vocativis omnium numerorum, accentus post Syncopen retrahitur: ut,

Θύγατρα, θύγατρε, &c. Accentus etiam retrahitur in dativo poetico πόδεσσι.

III. Monoſyllaba quintæ declinationis acuuntur in genitivo et dativo singulari, et dativo plurali, in ultimâ: ut,

Τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, ταῖς χερσί.

In genitivo plurali, et genitivo et dativo duali, ultima circumflectitur: ut, Χειροῖν, χειρῶν.

In accuſativo singulari, in nominativo, accuſativo, vocativo duali et plurali, penultima circumflectitur, si sit naturâ longa: ut,

Χεῖρα, χεῖρε, χεῖρες, χεῖρας.

Excipe participia monosyllaba: ut,

Θεὶς, θέντος, θέντι· ὤν, ὄντος, ὄντι· item genitivos, παίδων, Τρώων, πάντων, δᾴδων, δμώων, θῴων, ὤτων, φώτων, *luminum:* nam monoſyllaba circumflexa retinent tonum in priore.

Sic πᾶσι à πᾶν· item τίς interrogativum tonum habet in priore per omnes casus; ſed τὶς indefinitum, et encliticum, tonum habet ſemper in posteriori

posteriori syllabâ, præterquam ubi amittit eum ratione inclinationis.

Vocativi in ευ, et οι, circumflectuntur: ut,
ὦ βασιλεῦ, ὦ Λητοῖ, ὦ Γοργοῖ.

IV. Substantiva tertiæ, et quartæ declinationis contractorum accentum habent in ultimâ: ut,
Λητὼ, αἰδὼς· βασιλεὺς, Τυδεύς.

De Accentibus Pronominum.

Acutus in ultimâ nominativi, in dativo et accusativo singulari manebit: ut,

Ἐγὼ, ἐμοὶ, ἐμὲ· In genitivo singulari, et per totum pluralem numerum mutatur in circumflexum: ut,

Ἐμοῦ, ἡμεῖς, ἡμῶν, ἡμῖν, ἡμᾶς· In duali toto retrahitur: ut, Σφῶϊ, νῶϊ, νῶϊν.

Pronomina οὗτος, αὐτὸς, et ἐκεῖνος, sequuntur formam nominum.

Post paragogen τοῦ γε, tonus retrahitur: ut,
Ἔγωγε, ἔμοιγε· ultima post Atticam paragogen τοῦ ι acuitur: ut, οὑτοσί.

Pronomina passa paragogen et syncopen, in penultimâ acuuntur: ut, Ἐμέθεν·

Et Ionicè mutata: ut, Ἡμεές, ἡμέας.

In dativo plurali ὑμῖν, circumflexus interdum mutatur in acutum: ut, ἧμιν· et ultima corripitur.

De Accentibus Verborum.

Si ultima sit brevis, accentus erit in antepenultimâ: ut, τύπτομαι·

Si longa sit, in penultimâ: ut, τυπτέσθην.

Exceptiones.

In singulari numero futuri secundi activi ultima circumflectitur, unde penultima per reliquos numeros circumflectitur: ut,

Τυπεῖτον, τυπῦμεν, &c.

Quod etiam accidit in voce mediâ, quoties penultima sit longa naturâ ante finalem brevem: ut, Τυπῦμαι, τυπεῖται.

Futura prima quintæ conjugationis in ultimâ circumflectuntur; ut, σπερῶ· unde penultima in voce mediâ circumflectitur; ut, σπερῦμαι.

Et Dorice omnia futura prima circumflectuntur: ut, τυψῶ·

At, σ Æolicè addito, accentus retrahitur: ut, ὄρσω.

Participia aoristi secundi activi, et præteritorum in ως et in εις desinentia, in ultimâ accentum habent: ut,

Τυπὼν, τετυφὼς, τετυπὼς, τυφθεὶς, τυπεὶς·

In futuro secundo ultima circumflectitur: ut, τυπῶν.

Acutus,

Acutus, qui fuerit in penultimâ participiorum masculinorum, erit etiam in penultimâ neutrorum: ut, Ποιέων, ποιέον.

Hæc tria verba in imperativo, ἐλθὲ, *veni;* εὑρὲ, *inveni;* et εἰπὲ, *dic;* accentum habent in ultimâ: in imperativo aoristi secundi medii ultima circumflectitur: ut, Πιθȣ͂, τραπȣ͂.

Monosyllaba in imperativo, cùm componantur, penultimam acuunt: ut, Ἀπόδος.

In infinitivo amborum aoristorum passivorum penultima circumflectitur: ut, Τυφθῆναι, τυπῆναι.

Aoristi, et futuri secundi activi, ultima circumflectitur: ut, τυπεῖν.

In singulari numero subjunctivi ultima circumflectitur: ut, Τυφθῶ, τυφθῇς, τυπῶ, τυπῇς·

In duali, et plurali, penultima circumflectitur: ut Τυπῆτον, τυπῶμεν, *&c.*

Infinitivi aoristi primi activi, præteritorum omnium, aoristi secundi medii, et præsentis verborum in μι, penultimam acuunt: ut,

> Ἀναγκάσαι, τετυφέναι, τετύφθαι, τετυπέναι, τυπέσθαι, τιθέναι·

Nisi penultima sit longa naturâ, tunc enim penultima circumflectitur: ut, Πεφιλῆσθαι, ἀκȣ͂σαι.

In verbis contractis syllaba contractione facta circumflectitur, nisi quædam regularum præcedentium repugnaverit.

In tertiâ personâ plurali præsentis verborum in μι penultima circumflectitur: ut,

Τιθεῖσι, διδοῦσι, ἱστᾶσι, ζευγνῦσι· excipe εἰσὶ, ab εἰμὶ, *sum.*

De Accentibus Præpositionum.

Omnes præpositiones, quæ accentum admittunt, in ultimâ habent accentum, nisi cùm suis casibus, nullo adjectivo sequente, postponantur, tunc enim tonus retrahitur: ut,

Εἰρήνης πέρι, *de pace.*

Πέρι etiam pro περισσῶς, tonum retrahit.

Præpositiones verò, ἀνὰ et διὰ, tonum nunquam retrahunt, ob differentiam vocativi Ἄνα ab Ἄναξ, *Rex:* et accusativi Δία, à Δὶς, *Jupiter.*

De Accentibus Adverbiorum.

Adverbia, quæ à genitivis pluralibus adjectivorum oriuntur, tonum retinent primitivorum ſuorum: ut,

Αἰσχρῶν, αἰσχρῶς· καλῶν, καλῶς· βραδέων, βραδέως, *&c.*

Adverbium in θεν, θι, σε, σι, tonum retinent nominum à quibus derivantur: ut,

Θεόθεν, à θεὸς· οὐρανόθι, et οὐρανόσε, ab οὐρανὸς· οἴκοθεν, et οἴκοθι, ab οἶκος, *domus.*

Attica adverbia in ultimâ accentum recipiunt: ut, Νυνὶ, ἐνθαδί.

De

De Accentibus Conjunctionum.

Conjunctio ἆρα, cùm interrogativa sit, penultimam circumflectit; sin illativa sit, eam acuit: ut, Ἄρα, *igitur*.

Nullo accentu notantur, ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, εἰς, ἐς, ἐν, ἐκ, ἐξ, ὀ, ὀκ, ὀχ, εἰ, ὡς· at ὃ, ἣ, οἳ, αἳ, pro ὗτος, αὕτη, ὗτοι, αὗται, et ὃ pro τοῦτο, accentu notantur; et ὄ, vel ὄκ, cùm sententiam claudat, vel per se fiat sententia; et etiam ὧς, pro ὅτως, vel cùm suo substantivo postponatur: ut, Οἱ δὲ λύκοι ὧς.

